


BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
4 A
42

IACOBI GRETSERI

SOCIETATIS IESV

INSTITVTIONVM


LINGVÆ GRÆCÆ

Liber Secundus.

DE RECTA PARTIVM Orationis Constructione.

PRO SCHOLA HVMANITATIS.

CVM PRIVILEGIO.







ROMÆ.

Apud Bartholomæum Zannettum. 1610.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur si videbitur R.P.M. Sac.Pal.Apost.
Cæsar Fidelis Vicesg.

Imprimatur. Fr.Thomas Pallauicinus Bon. Mag. & Reuerendiss. P.F. Ludouici Ystella Sac.Pal.Apost.Mag. socius. Ord.Præd.

EPIGRAMMA AD STVDIOSOS GRÆCÆ LINGVÆ.

Q*VI linguam Latiam super æthera laudibus effert.*
Hic nullo Argolicam spernere iure potest.
Altera enim alterius proprium defendit honorem.
Gloria, & alterius nititur altera ope.
Aut igitur linguam, quidquid crepet ore, Latinam
Non amat, aut pariter Graiam amat & Latiã.

AD LECTOREM.



Ecundus hic liber, amice Lector, sicut & primus, dedita opera, paulo copiosior est & verbis & rebus; illud quidem, vt vitetur obscuritas, quæ non raro in libros irrepit, magno iuuentutis detrimento, quum sermonis parcus auctor sententiam suam potius innuit, quàm exprimit; hoc vero, vt nihil vel certe perparum eorum desideretur, quæ iure exigas à Syntaxi, cuius est communes quasdam & generales præceptiones partium orationis recte inter se connectendarum præscribere, non interiores linguæ delicias & diuitias persequi, quas, fallitur, quisquis existimat vnius libelli angustis finibus circumscribi posse.


Adiunximus autem passim annotatiunculas prouectiorum caussa, tanquam auctarium regularum, ex quibus eruditus magister auditoribus suis ea proponet & explanabit, quæ maxime videbuntur vtilia. Aliquando ostendimus etiam conuenientiam & symphoniam Græcæ constructionis cum Latina, quamuis rarius. Sæpe indica-

uimus Hellenismos, quos Latini Græcos æmulati monumentis suis intexuerunt. Exempla ex probatis auctoribus plerumque deprompsimus: interdum breuitatis, & perspicuitatis causa attulimus propria, quod ante nos non in paucis, sed ferè in omnibus p[.]æ[.]ptis fecerunt quidam, magni nominis Grammatici. Omnia denique, quantum ratio, & institutum ferebat, ad normam, & methodum Emmanuelis nostri conformauimus; vt hæc noua Syntaxis minus noua, & insolens in manus studiosæ iuuentutis veniret, quæ Græcè loquendi, & scribendi regulas tantò libentius, & citius discet, quantò minus verbis, ordine, & dispositione à Latinis iam cognitis discrepabunt. Vale, beneuole Lector, & hæc leuiora iuxta, & grauiora studia ad Dei gloriam, salutemq; tuam confer.



IN-

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.



IN-

INDEX GRAECVS RERVM PRAECIPVARVM quæ hoc ſecundo libro continentur.

Primus numerus Caput, ſecundus paginam, tertius P Præceptum, vel E exceptionem ſeu A Annotationem indicat.

A

διὰ

ἐν cum

μέμ-

ὁπό-

Ω



INDEX LATINVS
RERVM PRAECIPVARVM quæ hoc ſecundo libro continentur.

Primus numerus Caput, ſecundus paginam, tertius P Præceptum, vel E exceptionem ſeu A Annotationem indicat.

A

** Accu-

INDEX

 uo

Ca-

Com-

Ena-


* * * Inter-

Par-

Sub-

Ver-

FINIS.



DE CONSTRVCTIONE transitiua Verborum.

Caput Primum.

I. VERBVM personale finiti modi antecedit nominatiuus aperte vel occulte eiusdem numeri & personæ. Aperte : ὁ Πλάτων διδάσκει. Plato docet. Occulte: τρέχει, currit, παίζει, ludit : subauditur ἄνθρωπος, homo, ἵππος, equus, ἔλαφος, ceruus, vel aliquid huiusmodi.

ANNOTAT.

Subticetur nominatiuus potissimum in his, λέγουσι, dicunt : φασὶ, aiunt : μυθολογοῦσι, fabulantur : εἰώθασι, assolent : & in nonnullis impersonalibus : ἐβρόντησε, tonuit : ἤστραψε, fulgurauit. subintelligitur enim θεὸς ἢ φύσις, Deus vel natura. neque enim natura impersonalium om-

nino repugnat, quo minus habeant ante se tacitè vel expressè rectum; vt docet in sua Syntaxi Emmanuel: quamuis in regula solius verbi personalis mentio fiat.

EXCEPTIONES.

I. Verbum personale finiti modi sæpe non exprimitur. Menand. πλεονεξία μέγιστον ἀνθρώποις κακὸν, auaritia maximum est mortalibus malum. Eurip. πᾶν σιωῤῥοφον γλυκὺ, dulce est omne id, cui innutriti sumus. Subauditur in vtroque exemplo ἐστὶ, vel ὑπάρχει.

II. Verbum infinitum aut oratio infinita cum articulo generis neutri, agit interdum partes nominatiui. Menand. πολλῶν δὲ μεστόν ἐστι τὸ ζῆν φροντίδων, molestijs referta vita est plurimis. τὸ ζῆν, pro ἡ ζωὴ, vita. Philo. τὸ μὲν μηδὲν συνόλως ἁμαρτάνειν, ἴδιον θεοῦ, nihil omnino peccare, proprium est Dei.

III. Articulus omittitur aliquando, vt in illo Eccles. 1. ἀρχὴ σοφίας, φοβεῖσθαι τὸν κύριον. initium sapientiæ est timere Dominum. Ar. ad Alex. σώματι μὲν οὖν ἐστι συμφέρον, ῥώμη, κάλλος, ὑγεία: ψυχῇ δ' ἀνδρία, σοφία, δικαιοσύνη. & cor-

& corpori quidem vtile est, robur, pulchritudo, valetudo : animo vero fortitudo, sapientia, iustitia. Quanquam articulus fere adiungitur, cùm de re certa ac definita loquimur.

ANNOTAT.

1 Græci vtuntur verbo infiniti modi pro omni casu, articulo neutri generis præcedente. τὸ ζῆν, *vita*, τοῦ ζῆν. ἀφειδὴς τοῦ ζῆν, *prodigus vitæ*, τῷ ζῆν τὸ ζῆν. *Hinc illa apud Latinos.*

Sed pulchrum est digito monstrari, & dicier hic est.

Et, *Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.*

Et, *Scire tuum nihil est.*

Horat. Virtus est vitium fugere.

Ἀρετή ἐστι τὸ φεύγειν τὴν ἁμαρτίαν.

IIII. Loco nominatiui præponitur nonnunquam verbo genitiuus, εἴθε μοι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο νῦν, pro τοῦτο τὸ ἀγαθόν, vtinam mihi bonum hoc obtingat.

V. Nonnunquam vocatiuus pro nomin. vt apud Homerum passim, ἱππότα Νέστωρ, pro ἱππότης, eques Nestor. Νεφεληγερέ-

τα ζεὺς, pro νεφεληγερέτης, Iuppiter nubes congregans. Aliquando viciſſim ponitur nominatiuus pro vocatiuo. Luc. 8. ἡ παῖς ἐγείρου, puella ſurge. Hom. Iliad. 3. ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις, Sol qui omnia vides & audis.

VI. Interdum ponitur Rectus loco aduerbij, ſiue poſtponatur, ſiue anteponatur verbo. S. Gregor. Nazianz. εἰσελεύσεται δρομαῖος, ταχύς, curriculo ingredietur.

ANNOTAT.

1 Similes mutationes caſuum ante verbum perſonale inueniuntur apud Latinos: Hinc tritum illud Ciceronis, quum illius temporis mihi in mentem venit, pro, illud tempus. & in Verrem, Fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mentem, pro, paterna lex Acilia.

2 *Sunt tamen qui in ſupra allato de genitiuo exemplo ſubintelligi velint verbum ἀπολαύω, hoc ſenſu, εἴθε γένοιτό μοι τὸ ἀπολαύειν τούτου τοῦ ἀγαθοῦ, vtinam mihi copia fiat fruendi illo bono.*

3 Accuſatiuus pro Recto in illo Pomponij ponitur, Quot lætitias inſperatas mihi irrepſere in ſinum, pro, lætitiæ inſperatæ.

4 Vocatiuus pro eodem in illo Perſij, Cenſoremve tuum, vel quod trabeate ſalutas, pro, trabeatus, & apud Auſonium, commemorande, prætextate,

incor-

Incorrupte, pro, commemorandus, prætextatus, incorruptus.

5 Rectus sæpe apud Latinos in locum Vocatiui subit. Virg. Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum, pro, fluuie.

6 Solent itidem Latini his modis loquendi vti: Matutinus vel Vespertinus hoc faciam, idest, mane vel vesperi: pro his enim aduerbijs vsurpantur prædicti nominatiui in hac oratione.

7 Quamuis autem huiusmodi mutationes casuum ad Enallagen spectent: hic tamen, suppresso Enallages nomine, earum explicatio instituenda fuit; vt vno in loco, quæ cuiusque regulæ vis sit & proprietas, intelligatur. Quia vero non modo circa verbum eiusq. casum, sed etiam circa verbi & casus numerum varietas accidere solet; ideo sequentes addendæ sunt exceptiones.

VII. Neutra pluralis numeri iungunt Attici cum verbis singularibus, παιδία παίζει, τρέχει, pueri ludunt, currunt.

Diodorus, τῷ ἀργυρείῳ ὑποτάσσεται πάντα; pecuniæ obediunt omnia.

Isocrat. ταῦτα γὰρ στοιχεῖα πρῶτα καὶ μέγιστα τῆς πολιτείας ἐστὶ, hæc enim sunt elementa prima & maxima Reipublicæ.

A N N O T A T.

Hæc constructio Attica ferè etiam in communem linguam recepta est: tametsi non rarò apud

ſcriptores nomina neutra pluralia, cum verbo plurali iuncta reperias. *Iſocrat.* ὀλίγα δὲ χρὴ πάντων εἰπεῖν, ἃ τοῖς ἀκούουσιν ὀργὴν ἀξίαν ἐμποιήσουσι τῶν πεπραγμένων, νεώτερος μὲν ὤν, ἴσως ἐξῆν. *pauca verò de omnibus dicere, quæ auditores ira inflammarent, potuiſſem fortaſſe, ſi iunior eſſem.* *Thucyd.* ἐπιθυμίᾳ μὲν ἐλάχιστα, προνοίᾳ δὲ πλεῖστα κατορθοῦνται. *cupiditate pauciſſima, plurima verò prudentia bene geruntur.*

VIII. Quod Attici in neutris, idem ſibi permittunt nonnunquam alij in maſculinis & femininis, maxime Poetæ. Pind. μελιγάρυες ὕμνοι ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, pro, τέλλονται, hymni dulciſoni ſunt laudis poſterioris principia. Heſiod. τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί, pro, ἦσαν, huius erant tria capita. Euripid. ἐνῆν δ' ὑφανταὶ γράμμασι τοιαίδ' ὑφαί, inerant autem (ei veſti vel tapeti) intextæ picturis tales texturæ. Ariſt. λέγω δὲ ἀρχὰς ἐν ἑκάστῳ γένει ταύτας, ἃς, ὅτι ἔστι, μὴ ἐνδέχεται δεῖξαι, dico autē principia in vnoquoque genere illa, quæ quod ſint, demonſtrare nō licet.

VIIII. Videntur etiam huc ſpectare illæ loquen-

loquendi formulæ, ἔστιν οἵτινες τρέχουσιν. οὐκ ἔστιν οἵτινες τρέχουσιν, sunt qui currant. Non sunt qui currant. Plato in Minoe, πολλῶν γὰρ ὄντων ἀνθρώπων καὶ ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, οὐκ ἔστιν οἵτινες ἀπέχονται συμποσίων ἢ Κρῆτες. cùm enim multi sint homines & Græci & Barbari, non sunt qui à conuiuijs abstineant, præter Cretes.

ANNOTAT.

1 *In huiusmodi locutionibus iungitur verbum singulare* ἐστὶ *cum plurali nomine. Neque latinè reddi possunt numero multitudinis. Non enim rectè dixeris, Non est, qui abstineant à symposiis & epulis, sed, Non est qui abstineat.*

2 *Cæterũ Pindari Græcus interpres in Hym. 11. Olymp. ita scribit:* σημείωσαι ἐντεῦθα τὸ τέλλεται. οὐδεὶς γὰρ οὔτε τῶν προγενεστέρων, οὔτε τῶν ἔπειτα ἐν τοῖς ἀρσενικοῖς, ἢ θηλυκοῖς ὀνόμασι τῷ ἑνικῷ ἀντὶ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο, ὥσπερ οὗτος. *Nota hic verbum,* τέλλεται. *Nullus enim neque antiquorum, neque recentiorum vsus est, sicut hic, numero singulari pro plurali in nominibus masculinis, & femininis. Hinc, vt nouitatem hanc effugiat, refert ipse verbum* τέλλεται *à* τέλλομαι, *orior, ad*

sequentem nominatiuum πρὸν ὅρκιον, *hoc ordine:* οἱ μελιγάρυες ὕμνοι ἀρχαὶ καὶ προφάσεις τῶν ὑστέρων ὑπὸ αὐτοῦ λόγων καὶ πιστὸν ὅρκιον τέλλεται ταῖς μεγάλαις αὐτοῦ ἀρεταῖς. *Hinc etiam ad testimonia ex Hesiodo & Euripide allata, diceret ipse, ἦν & ἐνῆν, non esse singularis, sed pluralis numeri per syncopen, qualis syncope est in illo versu Hesiodi.* Τοῖς ἦν, χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι. *Vbi interpres Hesiodi,* τὸ ἦν, *ait,* ἀντὶ τοῦ ἦσαν, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ. ἦν δὲ ἀμφὶ πλεκτοὶ κλίμακες. καὶ ἀπὸ τούτου γίνεται κατὰ συγκοπὴν τῆς σα, συλλαβῆς. *Sed tamen allatum ex Aristotele exemplum perspicuum est, vt & illud eiusdem.* οὐκ ἂν ἐξεφύετο τοῖς μὲν αἱ τρίχες, τοῖς δὲ τὰ πτερά. *Non enascerentur his pili, illis penna. Planè autem discrepant Graci à Latinis in hac nominum neutrorum cum singulari verbo Syntaxi.*

3 *Nomina collectiua, qua à Gracis* περιληπτικὰ *dicuntur, & qua voce quidem* ἑνικὰ *& singularia, sensu autem* πληθυντικὰ *sunt, & praeterea nonnulla partitiua, consultò hic praeterimus. licet enim cum suo verbo in numero non conueniant; id tamen Gracis cum Latinis commune est. Virg. Pars in frusta secant. Hom.* ὡς φάσαν ἡ πληθὺς, *sic locuti sunt multitudo. Pausan.* τὸ ἔθνος τὸ αἰτω-

λι-

λικὸν ἀπέστειλαν, Gens Ætolica miserunt. Lucian. μηδὲν ἅτερος θατέρῳ λέγοντες ἀκόλουθον, ἀλλὰ μαχόμενα πάντα: ὅμως πείθεσθαί με ἠξίουν καὶ πρὸς τὸν αὑτοῦ λόγον ἕκαστος ὑπάγειν ἐπειρῶντο, cùm nihil alter alteri consentaneum diceret, sed omnino pugnantia: tamen persuadere mihi volebant, & ad suam quisque rationem me traducere conabantur. Vide Emmanuelem in scholijs regulæ communis de nominatiuo & verbo, adiectiuo, & substantiuo.

X. Nomina Dualia postulant verbum eiusdem numeri, *ἄμφω τρέχετον*, ambo currunt. *δύο παίζετον*, duo ludunt. Aristoph. *τί φεύγετον; οὐ μενεῖτον;* quid fugitis? non manebitis?

EXCEPTIO.

1 Sæpe tamen cum verbo plurali copulantur, *ἄμφω τρέχουσι*, ambo currunt. Eurip. *ἄμφω δ' ἅμ' ἐξέπνευσαν ἄθλιον βίον*, ambo simul efflauerunt miseram animam. Aristoph. *ἀλλ' ἄνδρε δύο γυναῖκα φεύγομεν μίαν;* an duo viri fugimus vnam mulierem?

ANNOTAT.

Eadem omnino ratio est cùm de duobus sin-

gula-

duali nomine loquimur: coniungi enim possunt cum verbo duali, vel plurali: Σωκράτης καὶ Πλάτων ἔρχεσθον, seu ἔρχονται, Socrates & Plato veniunt. Est autem necessario nomen duale cum plurali coniungendum, cùm dualis prima persona caret. Nam, nos duo homines verberamus, verbi gratia, aliter efferre non possum, nisi dicendo: νὼ ἀνθρώπω τύπτομεν. ξένω γὰρ ἐσμὲν. Aristoph. Sumus enim hospites. Pind. 2. Olymp. plurale iunxit cum verbo duali. μαθόντες δὲ λάβροι παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὣς, ἄκραντα γαρύετον, pro μαθόντες γαρύουσι, qui didicerunt, garriunt & nugantur tanquam corui stulte & insipienter multiloquentiæ auidi. Neque verò curanda est censura Græci interpretis, quum addit: τὸ δὲ γαρύετον, κακῶς. Cur verò malè? An Pindaro Lyricorum Principi non liceat, nisi quod Grammaticis libet? præsertim quum ita loquutus sit non sine exemplo Homeri. Iliad. 4.

Ὡς ὅτε χείμαρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες
Εἰς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδωρ.

Sicut quando torrentes fluuij de montibus fluentes in conuallem conferunt impetuosam aquam.

Vbi χείμαρροι plurale copulatur cum duali συμβάλλετον. Et Iliad. 2. εἰ ὑέες ἐστὸν, si filij estis

Vbi

Vbi vides plurale nomen cum verbo duali coniunctum.

Vtrinque nominandi casus.

I. Omne verbum personale finiti modi vtrinque nominatiuum habere potest, cùm vtrumque nomen ad eandem rem pertinet, cuiusmodi maximè est verbum substantiuū, vocatiuum, & alia, sicut apud Latinos: τὸ γῆράς ἐστιν αὐτὸ νόσημα, senectus ipsa est morbus. Δημοσθένης καλεῖται ῥήτωρ. Demosthenes vocatur Rhetor.

II. Verbum, quod inter duos nominatiuos ponitur, conuenit apud Latinos cum illo Recto, qui verbi basis & fundamentum est, quomodocunque mutetur oratio: apud Græcos contra fit aliquando. Pauſ. τῇ πόλει ἐστὶν ὅμορος κολωνίδες, ἐστὶ pro εἰσὶ, Colonides est locus vicinus vrbi. ὧδε ὁ χῶρος Μούκιοι λειμῶνες καλοῦνται. Halicarnaſſ. locus hic vocantur agri Mucij. Latinè dicendum esset, Colonides sunt; locus hic vocatur.

ANNOTAT.

Hoc orationis genus vsurpant interdum Latini, vt docet Emmanuel. Cicer. in Piſon. Expoſui breuiter conſulatum meum: aude nunc furia de tuo dicere: cuius

cuius fuit initium ludi compitalitij, pro, cuius fuerunt. Plin. Anguſtiæ vnde procedit, Iſthmos appellatur, pro, appellantur. Hæc tamen licentia tum apud Latinos tum apud Græcos videtur magis eſſe toleranda, quando verbum cum viciniore conſentit.

III. Poſterior nominatiuus ſæpè mutatur eleganter genitiuo, Ἀριστοφάνης ἐστὶ τῶν κωμικῶν, Ariſtophanes eſt comicus. Δημοσθένης ἦν τῶν σοφῶν, Demoſthenes erat ſapiens. ſic Hor. Fies nobilium tu quoque fontium. pro, Fies tu quoque fons nobilis.

ANNOTAT.

1 Græcis, ſimiliter vt Latinis, mos eſt, primam & ſecundam perſonam non exprimere, niſi cùm diuerſitas id, aut emphaſis poſtulat. Diuerſitas. Iſocrat. σὺ μὲν παιδείας ἐπιθυμεῖς, ἐγὼ δὲ παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρῶ, *tu eruditionem cupis, ego alios erudire inſtituo. Emphaſis. Demoſthen.* τὸν πατέρα ὡς ἀπέκτανον ἐγὼ τὸν ἐμαυτοῦ; *Ego ne patrem meum interfecerim?*

2 Voces item copulatæ plurale vel ſingulare verbum habent. Ariſt. σπέρμα δὲ καὶ καρπὸς διαφέρουσι τῷ ὕστερον καὶ πρότερον, *ſemen & fructus dif-*

ferunt

ferunt priori & posteriori. Aristoph. καὶ σὺ ϗ σὺ χαίρετε. *Et tu & tu saluete. Arist.* τί δὲ διαφέρει ἡ δικαιοσύνη αὕτη, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, *quid differat virtus, & hæc iustitia, planum est ex dictis. Isocrat.* Τελαμῶνος μὲν Αἴας ϗ Τεῦκρος ἐγεννήθη, *Telamone Aiax & Teucer natus est.*

3 Eodem modo verbum plurale nobiliorem personam sequitur. ἐγὼ ϗ σὺ τὰ δίκαια πρὸς ἀλλήλοις ποιήσομεν. *Xenoph. Ego & tu iusta inter nos mutuo faciemus.* ἐγὼ ϗ ὁ πορθμεὺς ἄλλους μετελευσόμεθα, *ego & portitor ad alios accedemus.*

DE PROPRIA CONSTRVCTIONE intransitiua verborum Substantiuorum.

Caput Secundum.

I.  Ræci frequentissime circumloquuntur verba tum actiua tum passiua, in quocunque tempore, per verbum substantiuũ & partici-

ticipium; Σωκράτης τυγχάνει ἀναγινώσκων. Socrates legit. Soph. οὐ σιωπήσας ἔσῃ; pro, οὐ σιωπήσεις; non tacebis? Lucian. σὺ δὲ δὴ τί πράττων τυγχάνεις; pro. τί πράττεις; tu verò quid facis? ἦν ἐκβάλλων, ideſt, ἐξέβαλλε; eijciebat. φλυαρῶν τυγχάνω; Iſocr. nugor.

ANNOTAT.

1 *Verba ſubſtantiua ſunt* εἰμὶ, τυγχάνω, ὑπάρχω, *ſum. Item,* γίνομαι, *ſeu* γίγνομαι, *fio, vel ſum: apud poetas verò,* κυρῶ, πέλω, πέλομαι, τελέθω.

2 *Eſt autem conſtructio hac vſitatiſſima apud Græcos, & paſſim obuia;* ἐτύγχανον περιπατῶν, *eram ambulans, ideſt, ambulabam.* ἀνῃρημένος ὑπάρχει. *Ariſt. ideſt,* ἀνῄρηται, *ſublatus eſt.* γενηθήτω τὰ ὦτά σου προσέχοντα. *Pſal. 129. fiāt aures tuæ intendentes, ideſt, intendant ſeu attendant.* προσεχέτω.

Soph. μένʼ ὡς κυρεῖς ἔχων. *mane vt habes.*

3 *Latinis non eſt Syntaxis valde familiaris. Plin. Coluber eſt in aquis viuens, ideſt, viuit in aquis. Cicer. de orat. Eſt vt ſcis quaſi in extrema pagina Phædri his ipſis verbis loquens Socrates. Plaut. Quos ſemper videas eſſe bibentes in*

eno-

ænopolio, pro, bibere. Ouid. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo, pro, pendent. In sacris tamen litteris sapissimè occurrunt huiusmodi periphrases.

II. Similibus verborum circumlocutionibus seruiunt alia itidem verba, vt μέλλω, ἔχω. μέλλω γράφειν, ideſt, γράψω, ſcribam, ἔχω λαβών, ideſt, ἔλαβον, accepi.

ANNOTAT.

1 *Hinc illa formula acceptilationis in Institut. Iuris lib. 3. tit. 30.* ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών. *Accepisti tantum pecunia? Accepi.*

2 *Addunt aliqui predictis verbum* φθάνω, *sed non videtur addendum. Nam* ἔφθην ποιήσας, ἐφθάνην πυθόμενος, *non significat absolutè; Feci vel audieram, sed anteuerti, seu occupaui faciendo vel audiendo, seu (quod idem est) prius feci, prius audieram. Multo minus dicendum est, verbum hoc aliaue, quibus in periphrasi verborum vtimur* παρέλκειν *& superuacanea esse. Nam quæ superflua sunt, omitti queunt, eodem manente sensu. Lucian.* παίζεις ἔχων, *ludis. Aristoph.* ληρεῖς ἔχων, *nugaris, deliras. Plato.* ποῖα

ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων; *quos calceos deblateras?* *Idem*, ἐπιόντος ἄρα θανάτου ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, τὸ μὲν θνητὸν ὡς ἔοικεν, αὐτοῦ ἀποθνήσκει, τὸ δ' ἀθάνατον σῶον καὶ ἀδιάφθορον οἴχεται ἀπιὸν ὑπεκχωρῆσαν τοῦ θανάτου: *ingruente in hominem morte, moritur quidem, vt par est, id quod in illo mortale est: at immortale, saluum & incorruptum abit sese morti subducens. Ex his sententijs si participia* ἔχων *&* ἀπιὸν *demas; eandem retinebis sententiam, & propterea redundant. At si ex locutionibus prioris generis aliquid tollas; haud idem constabit sensus. Neque enim* ἔχεις *idem significat, quod* ἔλαβες, *quam significationem habet illud* ἔχεις λαβών. *Sed de vocabulis* παρέλκουσι, *& in oratione superfluis, legendus est* Budæus *in Comment. lingua Græca.*

III. Eadem verba substantiua coniunguntur cum participio verbi εἰμὶ, adiuncto alio insuper nominatiuo. Lucian. ἀεὶ φαιδρὸς ὢν τυγχάνεις, semper es hilaris, barbare ad verbum, semper es hilaris existens. Demosth. οὐ γὰρ ἐχθρὸς ὑπῆρχεν ὤν, non enim erat inimicus.

IIII. Eodem modo conſtruitur aliquando verbum πέφυκα à φύω. Herodotus. οὐδεὶς οὕτως ἄνθρωπος ἐὼν ὀλβιώτερος πέφυκε, nullus homo tam beatus eſt.

DE INTRANSITIVA Adiectiui & Subſtantiui Conſtructione.

Caput Tertium.



NOmina adiectiua, articuli, pronomina, & participia cohærent cum ſuis ſubſtantiuis vel adiectiuis genere, numero, & caſu, ἀγαθὸς ἀνήρ, vir bonus. πεπαιδευμένος νεανίσκος, eruditus iuuenis, ἡμέτερος οἶκος, domus noſtra. παῖδε δύο ἀγαθὼ καὶ σπουδαίω, duo boni pueri & diligentes.

EXCEPTIONES.

I. Interdum non reſpondet adiectiuum ſubſtantiuo, genere. Hinc apud Homerum,

κλυτὸς ἱπποδάμεια, pro, κλυτὴ, inclyta Hippodamia: ἀὴρ βαθεῖα, pro, βαθὺς, profundus aer: αἰθὴρ δῖα, pro, δῖος, Dius æther. & apud Hesiod. λευκοῖσι φάρεσσι καλυψαμένα χρόα καλὸν, αἰδὼς καὶ νέμεσις, candidis vestibus indutæ verecundia & Nemesis.

ANNOTAT.

Accidit hoc potissimum in deriuatis & compositis tertia simplicium. Illa enim Atticis sub vna terminatione communia sunt, vt κοινωνὸς, particeps: σκυθρωπὸς, vultuosus, toruus: χρήσιμος, vtilis: φρόνιμος, prudens: ἐλεύθερος, liber: κόσμιος, modestus: ἔνδοξος, gloriosus: παράδοξος, admirabilis, inopinus: ἔμπειρος, peritus: ἄπειρος, imperitus: φιλόσοφος, ἀφιλόσοφος, expers Philosophia: πάμφιλος, omnium amicus: πολύφιλος, multorum amicus: ἄφιλος, sine amicis, & alia huiusmodi, qua etiam communi lingua, cum masculinis & femininis sub eadem terminatione coniunguntur. At Poëta & Attici longius progrediuntur, & illa etiam θυραῖος, foris veniens: βιαῖος, violentus: σιγηλὸς, taciturnus: μεμπτὸς, culpabilis: φορητὸς, tolerabilis: φαῦλος, nauci, nequam: λαμπρὸς, splendidus:

didus: & plurima alia communis generis faciunt. Hinc apud Sophoclem, κρίσις λαμπρὸς, pro, λαμπρὰ, iudicium splendidum, magnificum. Idem ψυχῆς ἀφειδήσαντε, non parcentes vitæ, contempta vita, ab ἀφειδέω, non parco, contemno, pro, ἀφειδήσασα. Est enim sermo de duabus sororibus. τούτω τὼ ἡμέρα, apud Xenophontem, isti duo dies: τούτω τὼ τέχνα, apud Platonem, hæ duæ artes, pro, ταύτα τὰ ἡμέρα, τέχνα, apud Sophocl. Ἀρχὴ δωρητὸς, οὐκ αἰτητὸς, imperium donatum, non petitum.

II. Fit nonnunquam generis mutatio: respiciendo non ad verba, sed ad significationem, κόριον καλλίστη, nympha pulcherrima: δ'φυὴς παιδίον, ingeniosus puerulus: τέκνον φίλε, care fili, apud Homerum, & apud Synesium, μειράκια δ'τυχεῖς, pro, μειρακίσκοι, pueruli felices. Et apud Anacreontem, βρέφος φέρουσα τόξον, infans gestans arcum.

ANNOTAT.

Idem faciunt Latini. Ludi Megalesia, ludi Floralia: Centauro inuehitur magna apud Virgil. & apud

Terentium, Eunuchum suam. De quibus Budæus non procul à fine sui Commentarij.

III. Adiectiuum neutrum venustè iungitur substantiuo masculino, aut feminino. Demosth. ἄπιστον ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννίς, infidum Rebuspub. est tyrannis. Idem, πονηρὸν ὁ συκοφάντης καὶ πανταχόθεν βάσκανον καὶ φιλαίτιον, improbum quid est sycophanta, & vsquequaque inuidum atque infestum.

ANNOTAT.

1 *Latine: Infida res est Rebuspub. tyrannis. Et, Improba res est sycophanta & vsquequaque inuida atque infesta.*

2 *Latini idem genus loquendi vsurpant. Virg. Triste lupus stabulis. Dulce satis humor, maturis frugibus imber. Silius. Mite & cognatum est homini Deus. Virgil. Varium & mutabile semper femina. Volunt nonnulli semper in Græcis subintelligi vocem* χρῆμα, *quam addidit Epictetus*, ἀθάνατον χρῆμα ἡ ἀλήθεια καὶ ἀΐδιον, *veritas res est immortalis & sempiterna.*

IV. Neutrum singulare copulatur interdum cum substantiuo plurali, χρήσιμον εἰς

τοῦ-

τοῦτο καὶ αἱ ψευδεῖς ἐνέδραι. Xenoph. Vtile quid ad hoc ſunt etiam ſimulatæ inſidiæ.


Vel plurale cum ſingulari; idque Attice, οὐ δ' ὅπα τοῦτο πράττειν, pro οὐδ' ὅπου, non eſt æquum hoc facere.

V. Neque conueniunt perpetuo adiectiuum, & ſubſtantiuum in numero. Ariſt. ἐξ ἀμφοῖν ψευδῶν. Ex vtriſque falſis. Iſocrat. δύω ποίει καιροὺς τοῦ λέγειν, duo loquendi tempora conſtitue, δύω νύκτας, δύο τ' ἤματα. Homer. duæ noctes, & duo dies. Idem, δύω κήρυκες, duos præcones. Hom. πάντεσσι δὲ θυμὸς, ἑκάστου νίκης ἱεμένων, vniuſcuiuſque cor exultabat victoriam cupientis: ad verbum, cupientium.

ANNOTAT.

Fit hoc maxime in nominibus collectiuis.

Pauſ. τὸ πλῆθος ὥρμησεν ἀποκτενοῦντες τὸν μνηστῆρα, *multitudo ruebat, vt procum occideret.* καὶ παρεῖναι τὸ στρατιωτικὸν ἔδει τιμηθησομένους. *Nazianz. pro* στρατιώτας, *adeſſe oportebat milites vt honorarentur. Vbi non tantum numerus, ſed & genus mutatur. Xenoph.* εἰσιόντες δὲ αὐ-



τοὺς ὄχλος περιεχεῖτο πολὺς, φοβέμενοι μὴ ἄπρακτοι ἥκοιεν, *ingredientes vero magna circumdabat multitudo, timentes ne frustra venirent.*

Eodem modo loquuntur Latini, vt allatis exẽplis docent Budæus & Emmanuel.

VI. Vt verbum inter duos rectos non semper apud Græcos conuenit cum illo, qui verbi basis & fundamentum est: ita neque adiectiuum semper conuenit cum substantiuo basi & fundamento adiectiui. Arist. διὰ τί οἱ ῥυθμοὶ, καὶ τὰ μέλη φωνὴ οὖσα ἤθεσιν ἔοικεν; cur numeri musici & modi cùm voces sint, moribus similes sese exhibent?

ANNOTAT.

Fundamentum & basis verbi, immo totius orationis illud censetur, cui aliquid tribuimus, vel à quo aliquid remouemus, Dialectici vocant subiectum, Vt in hac oratione, verbi gratia. Adolescentes probi sunt ornamentum Reipublicæ. Antonius à Cicerone Reipub. pestis appellatus est: basis & fundamentum est adolescentes probi, hos enim Reip. ornamentum esse affirmo. Quare etiam verbum numero cum illo fundamento conuenit, quomodocunque tandem mutetur oratio. In altera vero sententia basis est, Antonius. Ergo adie-

adiectiuum, seu participium, Appellatus, cum illo, non cum nomine, pestis, conuenit. At apud Græcos id non seruatur semper. Nam in illo Pausaniæ dicto, supra cap. 1. allato, τῇ πόλει ὄστιν ὅμορος κολωνίδες, basis & fundamentum est vox κολωνίδες. quo fit vt εἰσὶν dicendum fuerit. Similiter in illo Thucyd. καὶ ὅτι μυκῆναι μικρὸν ἦν, & quia Mycenæ parum quid erat, dicendum fuit ἦσαν, quia vox Mycenæ basis est: quum de illa alterum illud appositum μικρὸν enuntietur: Itidem in exemplo antea ex Aristotele allato, requirebat ratio cōmunis Syntaxeos ὄντα vel ὄντες: quia verba illa ῥυθμοὶ καὶ τὰ μέλη sunt fundamentum: de quibus quæritur, quare moribus sint similia. At Aristoteles appositum illud ad proximam vocem φωνὴ, retulit, quem loquendi modum imitati sunt Latini. Terent. Paupertas mihi onus visum est & miserum & graue. Cicer. O delirationem incredibilem. Non enim omnis error stultitia dicenda est. Latine dicere oportuit. Paupertas mihi onus visa est. Non enim omnis error stultitia dicendus est. Quia basis, seu subiectum orationis est, Paupertas & error.

VII. Quorundam adiectiuorum substan-

tiua elegantius ſupprimuntur, quàm exprimuntur.

πρὸς ὀρθὴν	ſubauditur.	*γραμμὴν* vel *γωνίαν* ad lineam vel angulũ rectum.
τὴν ἐπὶ θάνατον ἰέναι		*ὁδὸν*, ire viam, quæ ducit ad mortem.
ἀξίαν ἀποτίνειν		*τιμωρίαν*, dignam pœnam ſoluere.
ἑτέραν τρέπεσθαι		*ὁδὸν*, alia via ire.

ANNOTAT.

1 *Sic Latinè dicimus, Bibere calidam, frigidam, ſubintellecta voce Aqua, & Græcè θερμῷ λούεσθαι, lauari calida: ψυχρὸν πίνειν, ideſt, ὕδωρ, frigidam bibere.*

VIII. Subſtantiuum adiectiuo, qualecunque illud ſit, additum ſæpe vertitur in genitiuum. Iſocrat. *οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων*, homines nequam, *οἱ σπουδαῖοι τῶν ἀνθρώπων*, homi-

mines frugi. Polyb. τὰ βαρέα τῶν ὅπλων, grauis armatura.

ANNOTAT.

Idem Latini nonnunquam faciunt, Nigræ lanarum, pro nigræ lanæ: ouorum oblonga, pro oblonga oua, apud Plinium. Vide Emmanuelem in regula de Partitiuis.

IX. Adiectiuum conuertitur aliquando in genitiuum nominis abstracti, οἰκονόμος τῆς ἀδικίας, idest, ἄδικος, iniustus œconomus: στεφανίσκοι ὑακίνθων, Anacreon. idest, ὑακίνθινοι, coronæ hyacinthinæ. βωμὸς λίθου, idest, λίθινος, ara lapidea, ἐν ταρσοῖς καλάμου, idest, καλαμίνοις. Thucyd. in fiscellis arundineis.

ANNOTAT.

Priora illa Hebraismum potius quàm Hellenismum redolent, vt hac 2. Thessal. 2. ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, homo peccati, filius perditionis. In alijs desideratur participium πεποιημένος, vel præpositio ἐκ, vel vtrumque. βωμὸς λίθου, hoc est, βωμὸς ἐκ λίθου, vel πεποιημένος ἐκ λίθου.

Hac tamen eclipsis non reperitur in omnibus huiuſ-

huiusmodi locutionibus. nam si quis Græcè dicat, μέταλλον χρυσοῦ, pro μέταλλον χρύσεον, quo pacto Virg. lib. 9. Aeneid. dixit, Auri metallum, pro, aureum metallum; non habebit locum prædicta eclipsis.

X. Cùm duo adiectiua concurrunt, alterum fit substantiuum, γυναικεῖον στρατιωτικόν. Lucian. muliebris exercitus.

XI. Ipsa substantiua ponuntur interdum adiectiuè, τὴν ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον, pro τὴν ἑλληνικὴν, didici Græcam linguam.

XII. Præpositio cum suo casu fungitur vice adiectiui, ἡδονὴ μετὰ δόξης, idest, ἡδονὴ ἔνδοξος, voluptas honesta: ὁ μετ' εὐκλείας θάνατος, idest, εὐκλεὴς, mors gloriosa.

DE CONSTRVCTIONE articuli Præpositiui.

Caput Quartum.

I. ARticulus conuenit cum nomine, pronomine, & participio, genere, numero, & casu, vt adiectiua, & substantiua, de qui-

quibus capite præcedenti diximus, ὁ λόγος, sermo, ἡ τιμὴ, honor, τὸ ξύλον, lignum.

ANNOTAT.

De officijs huius articuli dictum est nonnihil in primo libro, cap. secundo. Quibus in præsentia omissis: Attica sunt hæc, τὼ πόλεε, τὼ φύσεε, τὼ χεῖρε, τὼ ἡμέρα, τὼ τέχνα: de quibus iam capite superiore, & libro primo satis dictum est. Illud etiam Sophoclis in tyranno, peculiare est, καὶ τοῦ με χρείας ὧδε λιπαρεῖς τυχεῖν; & quam rem necessariam adeò cupis à me consequi? pro τῆς χρείας. In illis item ἡ γναθάνιον, ἡ γλυκέριον, potius ad sententiam, quàm ad structuram respicitur, quum fœminina censeantur, quæcunque mulieribus nomina tribuuntur.

II. Vt in adiectiuis eleganter aliquando subintelligitur substantiuum: ita etiam in articulis, τῇ μὲν ὕδωρ φορεῖ, τῇ δ' ἑτέρα τὸ πῦρ, subauditur, χειρὶ. altera fert aquam, altera ignem, scilicet manu. τὴν ἐμὴν συνῆκας, intellexisti meam, idest, γνώμην, mentem & sententiam.

III. Cùm Græci filium, aut filiam alicu-

ius significare volunt; faciunt id per articulum masculinum vel femininum, genitiuo patris, matrisve præpositum, ὁ Επάφου, ὁ Φιλίππου, subauditur, υἱὸς, filius, Epaphi filius, filius Philippi, ἡ Διὸς, subauditur, θυγάτηρ, filia Iouis.

IV. Articulus cum genitiuo nominis substantiui possessionem effectumque significat, τὰ τῶν φίλων, τὰ τῆς τύχης, res amicorum, res fortunæ: τὰ Ομήρου, scripta Homeri, τὰ Αριστοτέλους, scripta Aristotelis.

ANNOTAT.

Interdum idem significat articulus cum nomine, quod nomen, cuius obliquo præponitur, τὰ τῆς εὐθυμίας, id est, εὐθυμία, lætitia, seu status animi tranquillus.

V. Articulus neutri generis præponitur quibuscunque vocabulis & orationibus, τεχνικῶς, & pro se ipsis acceptis, τὸ ἄνθρωπος, id est, hæc dictio, ἄνθρωπος, τὸ γυνή, id est, hæc vox γυνή.

ANNOTAT.

1 Coniunguntur articuli non tantum cum nomini-

minibus & participijs, sed etiam interdum cum pronominibus: ὁ ὑμέτερος, vester, ὁ ἐμὸς, meus; cum aduerbijs & præpositionibus, & cum verbis infinitiui modi, vt infra suis locis declarabitur. Non habent tamen omnia nomina articulos.

2 Cæterum de collocatione articuli in ipsa orationis structura, non est quod hic dicatur; certius ea res ac melius obseruatione, lectione, & admonitione quoque Magistrorum, quàm regulis Grammaticorum discitur. Hoc tamen generatim grammatici præcipiunt, articulum fere tum demum adhiberi; cum emphasis exprimitur, siue cum de re certa, ac definita loquuntur.

DE CONSTRVCTIONE articuli postpositiui, seu de relatiuis.

Caput Quintum.

Diximus in primo libro capite 2. articulum hunc respondere relatiuo Qui, Quæ, Quod, de quo sequentes regulas accipe.

I. RElatiuum ὃς, ἥ, ὃ, præponitur interdum antecedenti, eodem genere, numero & casu: vt apud Latinos.

De-

Demosth. χρὴ μὰ Δί᾽ οὐχ ἣν Διοπείθης πειρᾶται τῇ πόλει δύναμιν κατασκευάζειν, ταύτην βασκαίνειν καὶ διαλύειν πειρᾶσθαι. Ordo verus hic esset, οὐ χρὴ βασκαίνειν καὶ διαλύειν πειρᾶσθαι ταύτην τὴν δύναμιν, ἣν Διοπείθης πειρᾶται τῇ πόλει κατασκευάζειν. Oportet sane non perstringere inuidiose conari, atque cõuellere eas vires, quas Diopithes vrbi comparare conatur.

II. Relatiuum post antecedens positum, concordat plerumque cum illo non tantum genere & numero, sed etiam casu. Aristoph. τάλαιν᾽ ἐγὼ τῆς ὕβρεως, ἧς ὑβρίζομαι, misera ego ob iniuriam, qua afficior. Isocrat. τοῖς γὰρ ἄλλοις, οἷς ἔχομεν, τῶν ἄλλων ζώων διαφέρομεν, alijs quæ habemus (ad verbum, quibus habemus) nihil differimus à cæteris animalibus, χρῶμαι βιβλίοις, οἷς ἔχω, vtor libris quos habeo (ad verbum, quibus habeo) ἐκ τῶν ἐπιστολῶν, ὧν ἔπεμψε. Ex epistolis quas misit (ad verbum, ex epistolis, quarum misit.)

III. Interdum subticetur antecedens. Lucian. δεδιέτω μεμνημένος ὧν ἔπραξεν, pro

ἐκεί-

ἐκείνων, ὧν ἔπραξεν, ligetur memor eorum, quæ fecit. χαριζόμενον οἵῳ σοὶ ἀνδρὶ Xenoph. τοίῳ, οἵῳ, gratificanté tali viro, qualis tu es.

IV. Nonnunquam relatiuum & antecedens more latinorum construuntur. Halic. χάριν οἶδα τῆς τιμῆς, ἧ με τιμᾶτε, gratiam habeo pro honore, quo me honoratis. Idem, περὶ τῶν νόμων, οὓς εἰσηγοῦντο οἱ δήμαρχοι χαρίσαι, de legibus, quas rogari volebant tribuni.

ANNOTAT.

Græcam loquendi formam expressisse videtur Cornif. ad Heren. Inter insinuationem, inquit, & principium hoc interest, quia principium eiusmodi debet esse, vt statim apertis rationibus, quibus præscripsimus (pro, quas præscripsimus) aut beneuolum, aut attentum, aut docilem faciat auditorem. Et Terent. Restitue in quem me accepisti locum, pro, Restitue me in locum, in quo me accepisti. Eundem Hellenismum retinet sæpe sacrorum librorum Latinus interpres. vt Psalm. 10. comprehenduntur in consilijs, quibus cogitant; συλλαμβάνονται ἐν διαβουλίοις, οἷς διαλογίζονται.

V. Si relatiuum ponatur inter duo substan

stantiua, cum alterutro consentire poterit: etiamsi alterum sit proprium. Lucian. πόλεις ἐκεῖναί εἰσιν, ἃς φωλεοὺς εἶναι νομίζεις, ciuitates illæ sunt, quos tu specus arbitraris. Plato. λόγοι μὲν εἰσὶν ἐν ἑκάστοις ἡμῶν, ἃς ἐλπίδας ὀνομάζομεν, rationes in singulis nostrum sunt, quas spes nominamus.

ANNOTAT.

Interdum neque cum antecedente, neque cum consequente videtur relatiuum consentire, χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης, *vidua pauper misit duo minuta, quod est quadrans. Marc. 12.*

VI. Partitiuum singulare effertur non raro apud Græcos relatiuo plurali. Xenoph. κατὰ γὰρ τοὺς νόμους ἐάν τις φανερὸς γένηται ἢ κλέπτων ἢ βαλαντιοτομῶν, τούτοις θάνατός ἐστιν ἡ ζημία, nam ex legibus si quis furetur, crumenasque præcidat; mors illis multa est. τούτοις pro τούτῳ. Soph. in Antigone.

ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
ἢ γλῶτταν ἣν οὐκ ἄλλος ἢ ψυχὴν ἔχειν,
οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.

Qui-

Quicunque enim solum vel sapere, vel linguam, qualem præter illum nemo alius, animumve se habere existimat; hi patefacti vacui, & inanes conspecti sunt. οὗτοι, pro οὗτος.

ANNOTAT.

Simile est illud Terentij:

Si quisquam est, qui placere studeat bonis
Quamplurimis, & minime multos lædere;
In his poeta hic nomen profitetur suum.

Quamquam autem οὗτοι *&* τούτοις *ab* οὗτος *sunt demonstratiua pronomina; sæpe tamen vsurpantur relatiue, vt etiam hic, hæc, hoc, is, ea, id.*

VII. ἡλίκος, quantus, οἷος, qualis, ὅσος, quantus, & cætera id genus nomina, quando relatiua fiunt, cum substantiuo sequente, frequenter genere non conueniunt. Aristot. τὸ δὲ ἔμβρυον γίνεται, ὅσον μόσχος δίμηνος ἢ τρίμηνος, pro, τὸ δὲ ἔμβρυον γίνεται τοσοῦτον, ὅσος μόσχος, tantus fit embryo, quantus vitulus bimestris, vel trimestris. Idem, τῶν ἐλεφάντων, ἡλίκον μόσχος ἐστὶν, pro, ἔμβρυον τηλικοῦτον, ἡλίκος ὁ μόσχος, elephantorum tantus est embryo, quantus vitulus. Theophr.

φέρουσι δὲ καὶ τὸ καλούμενον ὄρυζον, τοῦτο δὲ ὅμοιον τῇ ζειᾷ καὶ περιπτισθὲν, οἷον χόνδρος, idest, ποσόστον, οἷος χόνδρος. ferunt etiam id quod vocatur oryzon. est vero hoc simile zeæ, purgatumque tantum, quantum granum.

ANNOTAT.

Plura exempla adfert Budæus in comment. cuiusmodi est etiam hoc Throphrasti. πάχος ἡλίκον ὁ δάκτυλος ὁ μέγας τῆς χειρὸς, *pro,* πάχος τηλικοῦτον, ἡλίκος ὁ δάκτυλος. *crassitudo tanta, quantus est digitus. Idem* μεγέθει μὲν ἡλίκος ῥόα, τῷ σχήματι δὲ περιμήκης, *pro,* μεγέθη μὲν τηλικοῦτος (φοίνιξ) ἡλίκη ἡ ῥόα, *magnitudine tanta est palma, quanta malus punica, figura vero prælonga. Cæterum quæ, & cur dicantur relatiua substantiæ, accidentis, & diuersitatis, vide apud Emmanuelem. Relatiua accidentis apud Græcos sunt,* ἡλίκος, *quantus.* οἷος, *qualis.* πόσοι, *quot.* πόσος, *quotus.* ἀνὰ πόσους, *quoteni.* ποσαπλοῦς, *quotuplex.* ποσαπλάσιος, *quotuplus.* ποσαετὴς, *quotennis.* ποταπὸς, *cuias.*



DE

DE PRONOMINE.

Caput Sextum.

I. GRæcis vſitatum & liberum eſt ſubſtantiuo adiungere genitiuum pronominis primitiui, loco pronominis poſſeſſiui, πατὴρ ἡμῶν, pro, ἡμέτερος, pater noſter. ὁ οἶκός σου, pro, οἶκος σὸς, domus tua. χειρί μου, pro, χειρὶ ἐμῇ, manu mea.

ANNOTAT.

1 *Hinc fit, vt pronomina cum ſuo adiuncto non ſemper caſu conueniant. Quia tamen poſſeſſiua in genitiuos primitiuorum, & primitiua in poſſeſſiua reſolui poſſunt; ideo facile eſt pronomen eiuſque appoſitum conciliare in caſu.* ὁ φίλος μου, ὁ φίλος ἐμὸς, *amicus meus: Oratores plerumque addunt articulum,* ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς, *pater meus;* ἡ μήτηρ ἡ σὴ, *mater tua.*

2 *Vtebantur autem veteres Romani, Græcorum exemplo, genitiuis primitiuorum pro poſſeſſiuis, vt docet ex Gellio Emmanuel in regulis pronominis. Si dicere velis, patrem mei, pro patrem*

meum, inquit ille, quo Græci modo, τὸν πατέρα μου *dicunt, inusitate quidem, sed recte profecto, eaque ratione dices, qua Plautus dixit, labori mei, pro labori meo. Cicero præterea primitiuum pro possessiuo, Græcorum more, aliquando vsurpauit; vt docet Budæus non longe ab initio sui commentarij.*

II. Pro possessiuis vsurpantur quoque genitiui compositi, ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, cum in eadem persona manetur. Isocr. παράδειγμα καταστῆσαι τὸν τρόπον ἐμαυτοῦ τοῖς ἄλλοις βούλομαι, meos mores alijs tanquam exemplum ad imitandum proponere volo.

III. Vt apud Latinos genitiui, mei, tui, sui aliquando actiue, aliquando passiue vsurpantur, ita etiam ἐμοῦ, seu μοῦ, σοῦ & οὗ apud Græcos. Actiue quidem in exemplis supra allatis. Passiue in his, πρὸς βίαν ἐμοῦ. Soph. (Ad verbum) ad violentiam mei, me inuito, me coacto. Aeschyl. οὐ γὰρ νενίκησθ᾽ ἀλλ᾽ ἰσόψηφος δίκη ἐξῆλθ᾽ ἀληθῶς, οὐκ ἀτιμία σέθεν. Non enim victæ estis, sed parium suffragiorum

rum

rum sententia exiuit vere, non ad ignominiam tui.

IV. Ipsa possessiua passiuam interdum significationem habent. Plato. καὶ μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς, ἀνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ, ne mihi succenseas: dicam enim tua beneuolentia, idest, pro mea in te beneuolentia. Homer. ἀλλά με σός τε πόθος, σά τε μήδεα φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ, μελιηδέα θυμὸν ἀπηύρα, sed me tui desiderium & tui cura, inclyte Vlysses, vita priuarunt. τῷ μῷ πόθῳ κατέφθιτο. Soph. Mei desiderio extabuit. ἐπὶ βλάβῃ τῇ ἐμῇ. Demosth. Mei lædendi causa.

ANNOTAT.

Etiam apud Latinos passiue reperies possessiua vsurpata. Terent. Phorm. Nam neque negligentia tua, neque id odio fecit tuo, pro tui. Idem Heaut. Facile scires desiderio id fieri tuo, pro tui.

V. Possessiuis additur nonnumquam genitiuus possessoris, seu agentis. Lucian. ὅλως δὲ τἀμὰ ἤτοι σπαθῶσι τοῦ κακοδαίμονος. hi vero omnino res meas infelicis dilapidant. Nazianz. ἐμὸς ὁ κίνδυνος, ἐμὸν τὸ γέρας τοῦ τῆς ψυχῆς οἰκονόμου, καὶ τελειοῦντός σε διὰ τοῦ βαπτίσματος,

τις, meum est periculum, meum ipsius præmium est, animam tuam gubernantis, teque per Baptismum perficientis. Homer. Δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος, Leuir meus impudicæ erat.

ANNOTAT.

Idem apud Latinos fit, vt multis exemplis ostendit Emmanuel. Iam satis sit illud Horatij Serm. 1. Satyr. 4.

Cum mea nemo
Scripta legat vulgo recitare timentis.

VI. Relatiuum αὐτὸς, Datiuum habet. Demosth. δεῖ δ' εὔνουν καὶ δίκαιον πολίτην ταὐτὰ λυπεῖσθαι, καὶ ταὐτὰ χαίρειν τῷ δήμῳ, oportet beneuolum & iustum ciuem eadem dolere, & eadem gaudere populo.

ANNOTAT.

Eiusdem constructionis exempla habent Latini. Horat. ad Pison.

Inuitum qui seruat, idem facit occidenti.
ταὐτὸ τῷ κτείνοντι.

VII. Idem ferè vsus est reciprocorum, οὗ, ὅς, seu ἑὸς, σφέτερος, ἑαυτοῦ apud Græcos, qui sui, suus, suiipsius, apud Latinos. Fit enim

enim transitio tertiæ personæ in seipsum, aut in possessionem eius, aut rei possessæ in possessionem, ἔφη γὰρ εἶναι ἀνδράποδον οἱ ἐν Λαυρείῳ. Antocid. Dicebat enim sibi esse mancipium in Laureo. δεῖται ἐπὶ μηκιστέραν γενέσθαι οἱ τὴν νύκτα. Lucian. Petit sibi longiorem fieri hanc noctem. Homer. τοῖσιν δ' ἡγεμόνευεν ἑὰ πρὸς δώματα Νέστωρ, his præibat Nestor ad suas ædes. χώραν ταύτην φησὶν ἑαυτοῦ, καὶ οὐχ ἡμετέραν εἶναι. Demosth. Regionem illam ait suam, non vestram esse. Εὐφραῖος ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν, Demosth. Euphræus occidit seipsum. ἐπιεὶ ἴδοιέν πη τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας ἀνεθάρρησαν ἄν. Thucyd. Si qui vidissent alicubi suos vincere; animum recepissent.

VIII. Pronomina hæc sumuntur interdum non αὐτοπαθῶς, idest, non ita vt actio reflectatur in seipsam. Nazianz. ἐπειδὴ οἱ φανῆναι πλῆθος πολύ. οἱ pro αὐτῷ. Postquam ei magna multitudo apparuit. Pauſ. καὶ οἱ παῖδα γενέσθαι φαέθοντα, eique natum esse filium Phaëtontem. Hom. ἰδνώθη, θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ. οἱ pro αὐτῷ, in vtroque loco. Dolore se incuruauit, & calida ei excidit la-

cryma. Thucyd. μέγιστον μεθ' ἑαυτὸν, pro μετ' αὐτὸν, maximum post ipsum.

ANNOTAT.

1 *In his locis vsurpantur reciproca pro relatiuis, quod in Latina quoque lingua contingit, vt* Budæus *&* Emmanuel *demonstrant. Lucan.*

Quæ nox sibi proxima venit
In somnis, viduo tum primum frigida lecto,

sibi pro ei. Cic. Res erat & caussa nostra eo loci, vt erigere oculos & viuere videretur, quisquis erat qui aliquam partem sceleris Clodiani attigisset, quocunque venerat, quod iudicium sibicumque erat damnabatur, sibi pro ipsi. Plato, ἐπειδὴ δὲ ἐκβῆναι τὴν ψυχὴν, πορεύεσθαι μετὰ πολλῶν, καὶ ἀφικνεῖσθαι σφᾶς ἐπὶ τόπον τινὰ δαιμόνιον, *quum autem anima eius exisset, cum multis iuisse, eosque ad locum quendam admirandum peruenisse.* οὗ *pro* αὐτοῦ, σφᾶς *pro* αὐτοὺς *posito. Ad verbum ita vertitur: quum autem anima sua exisset; cum multis iuisse, seque ad locum quendam, &c.*

2 *Porrò cum* ἑὸς *vel* ὃς *suus, non modò* τὸν ἴδιον ἑαυτοῦ, *sed absolute etiam* τὸν ἴδιον *significet apud Græcos; fit vt in libris Græcis, & Latinis, imitatione Græcorum, nonnunquam reciproca eo*

loco

loco posita reperias, cui minime conuenire videantur. Plaut. Mercat. Iubet saluere suus vir vxorem suam. Cic. Hic Tito fratre suo censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est. Et pro Rabir. Nec illius animi aciem prastringit splendor sui nominis. quibus omnibus locis suus idem est, quod ἴδιος, proprius, sicut & in illo Cic. ad Atticum lib. 9. Vlciscentur illum mores sui, & in alijs, de quibus Emmanuel.

IX. Relatiuum αὐτὸς ponitur interdum loco reciproci. Nazianz. ὁρῶν οὖν τὴν τοῦ δήμου κίνησιν ἐπ' αὐτὸν, pro ἐφ' ἑαυτὸν, videns igitur motum populi contra se. καὶ ἔχουσιν ἐπ' αὐτῶν βασιλέα, Apoc. 9. pro ἑαυτῶν, & habēt suum regem, seu, & habent supra se regem. Alij tamen legunt, ἐφ' ἑαυτῶν.

ANNOTAT.

Hac relatiui in locum reciproci substitutio efficit aliquando orationem ambiguam, vt notat Budæus. Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. *1. Corinth. 15. Vbi dubites, inquit Budæus, suis an eius intelligere debeas. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius.*

eius. Verùm ex consequentibus satis apparet, τὸ αὐτῶ, sit ne reciprocum necne.

X. Ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους, similem habent ac pronomina constructionem, & latinè redduntur interdum per aduerbium, inuicem aut mutuo, interdum per nomina, alter alterum, vel alij alios, vel inter se, & & reguntur à verbo, cui copulantur. Aristot. τοὺς ἀγαθοὺς χρὴ εὐνοεῖν ἀλλήλοις, bonos decet inter se esse beneuolos. Idem, ὡς τὰ πολλὰ ἄνθρωποι διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦσιν ἀλλήλους, vt plurimum homines propter vtilitatem diligunt inter se.

DE CONSTRVCTIONE transitiua nominum substantiuorum.

Caput Septimum.

I. Votiescunque duo nomina substantiua rerum diuersarum in oratione continuantur; alterum erit genitiui casus, αὐτῶ γῆρας,

γήρας, senectus aquilæ, ἀτυχία τῆ βίου, infelicitas vitæ. σημεῖον ἀρετῆς, Isocrat. Signum virtutis.

EXCEPTIONES.

I. Licet substantiua ad eandem rem pertineant, alterum tamen ponitur frequenter in genitiuo: πόλις ἀθηνῶν, pro πόλις ἀθῆναι, ciuitas Atheniensis. πτολίεθρον τροίης pro πόλις τροία, vrbs Troia.

II. Aliquando loco genitiui ponitur præpositio cum suo casu, ἀτυχία περὶ τὸν βίον, ideſt, ἀτυχία βίου, infelicitas vitæ.

II. Substantiuum cum suo genitiuo sæpe est tantum rei alicuius periphrasis, valde vsitata Poëtis. βίη Πριάμοιο, vis Priami, ideſt, Priamus, ἴς Τηλεμάχοιο, robur Telemachi, ideſt, Telemachus. συὸς χρῆμα, sus. υἷες Ἀχαιῶν, Homer. Achiui, γραφέων παῖδες. Lucian. pictores.

ANNOTAT.

Huius circumlocutionis occurrunt etiam exempla apud Latinos, Fortis equi vis, ideſt, equus, apud Lucretium. Odora canum vis, ideſt, canis, apud Virgilium. Mitis ſapientia Lælij, ideſt, Lælius, apud Horatium.

In

II. In nominibus proprijs gentis & cognationis, omittitur apud Græcos substantiuum, Ἰάκωβος Ζεβεδαίου, Iacobus Zebedæi, nempe παῖς, filius. Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου, Alexander Philippi. παῖς, vel υἱὸς, filius. Ἀλέξιδι τῷ Ἀριστοδίκου, subauditur, ἀδελφῷ. Alexidi fratri Aristodici, apud Lysiam. Πτολεμαῖος ὁ Λάγου. Lucian. Ptolemæus Lagi filius.

Interdum additur substantiuum, Πολύδωρος Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως. Eurip. Polydorus Hecubæ filius.

ANNOTAT.

Hinc illa apud Virgilium. Deiphobe Glauci, nempe filia; Hectoris Andromache, nempe vxor.

III. Adiectiua quum substantiue adhibentur; more substantiuorum construuntur. substantiue autem adhibentur potissimum adiectiua neutra cum articulo τὸ: idemque plane valent, quod abstracta; τὸ τοῦ θεοῦ εὐμενὲς ἡμῖν συναγωνίζεται. Demosth. Dei beneuolentia nos adiuuat, εὐμενὲς, pro εὐμένεια, εὔνοια.

ἄνοια, beneuolentia. τὸ νέον τῆς πόλεως, pro ἡ νεότης, iuuentus ciuitatis. πρέπει πανταχοῦ τὸ τραχὺ ἀποθέσθαι, pro τὴν τραχύτητα. S. Basilius, asperitatem vbique repellere decet.

ANNOTAT.

1 *Valde vsitatum est apud Græcos concreta pro abstractis adhibere, τὸ δίκαιον, τὸ σοφὸν, τὸ εὐσεβὲς, τὸ ἀσεβὲς, pro δικαιοσύνη, σοφία, εὐσέβεια, ἀσέβεια, iustitia, sapientia, pietas, impietas, quod non tantum nominibus contingit, sed etiam participijs. τὸ θυμούμενον, idest, θυμὸς, ira, apud Thucyd. & τῷ ξενισμῷ, nouitate, insolentia, apud Diodorum.*

2 *Pertinent etiam huc illa, τὸ Ἰωνικὸν τῆς στολῆς, Ionica stola: τὸ βαρβαρικὸν τῆς γλώττης, barbara lingua, pro Ἰωνικὴ στολὴ, βαρβαρικὴ γλῶττα. Sic τὰ ἄδηλα τῆς τύχης, incerta fortuna, & alia huius generis substantiuè adhiberi solita, quæ Latini non infeliciter sunt imitati, vt opaca nemorum, incerta viarum, incerta casuum.*

3 *Prædictis adde hæc, εἰς τοῦθ' ἧκεν ἀναιδείας, μανίας, ἀνοίας, eo processit impudentia, insania, stulti-*

stultitia, pro εἰς τοιαύτην ἀναίδειαν, μανίαν, ἄνοιαν. Herodian. εἰς τοσοῦτον προεχώρησεν ὕβρεως, eo processit contumelia, pro εἰς τοσαύτην ὕβριν. Qui modi loquendi passim apud scriptores obuij sunt. Sic Plin. eo insolentia processit.

III. Substantiua quum ad laudem vel vituperationem referuntur; genitiuo, vel datiuo gaudent. ἀνὴρ μεγάλης βουλῆς, vir magni consilij. ἄνθρωπος ἀχαλίνου στόματος. homo effrenati oris. ἦν γὰρ γένει μὲν ὁ Λεύκων δήπου ξένος, genere & natione est Leucon peregrinus. Demosth.

ANNOTAT.

1 *Vsitatius tamen hæc & similia efferuntur apud Græcos συνεκδοχικῶς per accusatiuum, ἀνὴρ μέγας βουλήν. ξένος τὸ γένος. peregrinus genere. de quo pluribus infra.*

2 Antequam porro hoc caput finiamus; aliquid dicendum videtur de Syntaxi interrogationis & responsionis.

V. Interrogatio & responsio casu conueniunt, sicut apud Latinos; τί γλυκὺ ἀνθρώ-

ποις

πῶς; ἐλπίς. Laert. Quid dulce hominibus? Spes.

Interdum diſcrepant, quando ſcilicet per pronomen poſſeſſiuum reſpondetur, aut ſenſus potior ratio habetur, quàm vocis, quod tum præcipue fit, cùm idem verbum plures caſus admittit. τίνος ἐστὶν ὁ λόγος; ἐμός. cuius eſt oratio? mea. θανάτῳ δὲ ποίῳ φησὶ Μενέλεων θανεῖν; οἰκτίστῳ. Qua morte ait Menelaum periiſſe? miſerrima. Eurip. in Helena. Dicimus enim, θνήσκω θανάτῳ, καὶ θάνατον.

ANNOTAT.

Vt interrogatiua ſubſtantiæ & accidentis ſemper habeantur in promptu; viſum eſt hic illa ſubijcere. Subſtantiæ ergo interrogatiua ſunt πότερος, vter. ἕτερος, alter. οὐδέτερος, neuter. τίς, quis? ἄλλος, alius. οὐδείς, nemo. Interrogatiua accidentis numerantur quæ ſequuntur. ποῖος, qualis? ἀπαίδευτος, παιδευτὸς, κακὸς, ἀγαθὸς, indoctus, doctus, malus, bonus. πηλίκος, quantus. μέγας, magnus. μικρὸς, paruus. δεκάπηχυς, decem cubitorum.

πόσου, quanti? πολλοῦ, magni. ὀλίγου, parui.

πο-

ποταπὸς, *cuias?* Γερμανὸς, *Germanus*. Ἕλλην, Ἰταλιώτης, *Græcus, Italus*.

πόσα, *quot?* δύο, τρία, *duo, tria*.

πόσος, *quotus?* πρῶτος, δεύτερος, *primus, ſecundus*.

ποσαπλοῦς, *quotuplex?* διπλοῦς, τριπλοῦς, τετραπλοῦς, *duplex, triplex, quadruplex*.

ποσαπλάσιος, *quotuplus?* διπλάσιος, τριπλάσιος, *duplus, triplus*.

ποστημόριον, *quota pars?* τριτημόριον, τεταρτημόριον.

ποσαετὴς, *quotennis? quot annorum?* διετὴς, τριετὴς, *bimus, trimus*.

ποσταῖος, *quoto die?* δευτεραῖος, τριταῖος.

DE CONSTRVCTIONE transſitiua nominum adiectiuorum.

Caput Octauum.

Quædam adiectiua genitiuum, quædam datiuum, alia vtrumque, alia accuſatiuum habent. de ſingulis ordine dicemus.

G E-

GENITIVVS POST NOMEN Adiectiuum.

I. ADiectiua quæ ſcientiam, communionem, dignitatem, copiam, curam, deſideriū, & his cōtraria ſignificant, genitiuo iunguntur.

(Scientiam.)

1 Lucian. ἔμπειρος τοῦ χωρίου, peritus loci. ἄπειρος τῶν πράξεων ὁ νέος, Ariſtot. iuuenis eſt rerum imperitus.

(Communionem)

2 κοινωνὸς τῶν ἀπορρήτων. Herodian. Particeps ſecretorum. ἰσόμοιρος πάντων. Xenoph. omnium ex æquo particeps. τιμῆς ἔμμοροι. Homer. participes honoris.

(Dignitatem.)

3 ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Homer. vir medicus multis viris æquiualet. ἀνάξιον τῆς τῶν προγόνων δόξης. Demoſth. indignum gloria maiorum. ἐπαίνου ἄξιος μᾶλλον ἢ μέμψεως. Xenoph. magis laude dignus quàm reprehenſione.

(Copiam.)

4 τὸ φρέαρ ἐλαίε μεςὸν, Aristoph. puteus plenus olei. κενὴ ὀϊςῶν ἡ φαρέτρα. Lucian. pharetra inanis sagittarum. ἀφνειὸς βιότοιο, diues opum. πένης ἀργυρίε, inops pecuniæ. χώρα ἄφορος πάντων. Herodian. regio omnium ferax.

(Desiderium.)

5 Nazianz. Διψαλέος αἵματος, sitiens, cupidus sanguinis. φιλομαθὴς τῶν ἑλληνικῶν μαθημάτων, Lucian. studiosus Græcarum litterarum. ἀνόρεκτος αἰσχρᾶς ἡδονῆς. Aristot. Non appetens turpis voluptatis, ἀμελὴς τῶν μουσῶν, Lucian. negligens Musarum.

ANNOTAT.

Conueniunt ferè Latini cum Græcis in hac regula, nisi quod adiectiuum dignus, & alia huiusmodi cum ablatiuo coniungunt: quanquam etiam cum genitiuo reperias. Balbus ad Ciceronem lib.8. ad Atticum. Obsecro te, mi Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis. Virg. 12. Aeneid. Descendam magnorum haud vnquam indignus auorum. & sæpe in sacris litteris huiusmodi Syntaxis occurrit.

II. Genitiuum quoque habent adiectiua pre-

precij, ſeu emptionis, diuerſitatis, accuſationis, damnationis, abſolutionis, & quæ conſtant particula *α* priuante, & denominatiua in *κος*, & his contrarium ſignificantia, itemque numeralia ordinis.

(Precij ſeu emptionis.)

2 *αἵματός ἐστιν ἡ ἀρετὴ ὠνία*. Aeſchyn. virtus venalis eſt ſanguine. *πολλοῦ ἄξια*. Demoſth. magni precij. *πόσου νῦν ὁ πυρός ἐστιν ὤνιος;* Lucian. Quanti nunc venditur frumentum?

(Diuerſitatis.)

3 Plato 2. de Repub. *οὐδὲν οὖν διάφορον τοῦ ἑτέρου ποιεῖ*, nihil diuerſum ab altero facit. *οὐδὲν ἀλλότριον ἐποίησε τῆς πατρίδος, οὐδὲ τοῦ τρόπου*. Demoſth. nihil alienum fecit à ſua patria, neque à ſuis moribus. *παύου με ἄλλον ποιῶν σεαυτοῦ*. Lucian. Deſine me alium ac te facere.

(Accuſationis & abſolutionis.)

4 *ἔνοχος δεσμοῦ*, reus vinculi, *ἔνοχος ἱεροσυλίας*. Ariſtot. reus ſacrilegij. *ὑπόδικος ἀσεβείας*. Plato, reus impietatis. *ἁγνὰς χεῖ-*

ὄυς αἵματος φέρεις. Eurip. manus habes puras à ſanguine. καθαρὸς πάντων τῶν ἐγκλημάτων, purus omnium criminum.

NOMINA CVM PARTICVLA α priuante.

1 ἀθῷος τῆς Φιλίππου δυναστείας. Demoſt. liber à dominatu Philippi. ἀδάπανος χρημάτων εἰς τὸ δέον. Ariſtot. Parcus pecuniarum in re neceſſaria, Xenoph. ἐπιθυμιῶν ἀκρατής, cupiditates continere non valens. impotens cupiditatum.

(Denominatiua in κος.)

2 ἀγαθὸς θεὸς καὶ ἀγαθῶν παρεκτικός. S.Baſil. Deus bonus eſt, & dator bonorum. Ariſtot. καθάπερ ἐστὶ φυλακτικὸν σώματος ὑγίεια, οὕτω τῆς ψυχῆς φυλακτικὸν καθέστηκε παιδεία, vt ſanitas corpus, ſic doctrina conſeruat animum.

(Numeralia ordinis.)

3 Ὅμηρος πάντα δεύτερα γαστρὸς ποιεῖται. Heliod. Homerus omnia ventri poſthabenda cenſet. νόμων ἐμπειρίᾳ οὐδενὸς δεύτερος. Athen. legum cognitione nulli ſecundus.

AN-

ANNOTAT.

1 *Adiectiua diuersitatis nonnunquam genitiuum apud Latinos quoque recipiunt.* Cic. 1. *de fin. Quis alienum putet esse eius dignitatis, quam mihi quisque tribuit? Quod idem etiam de multis ex priuante particula IN, compositis dicendum est. Nam vt Græcis α, ita Latinis IN, priuat. Exempla inuenies apud Emmanuelem in scholijs regula de Genitiuo post nomen adiectiuum.*

2 *Illa denominatiua in* κος *Latine vix commode ad verbum exprimi possunt vno verbo, nisi quis barbaro vocabulo velit vti. Neque enim* λόγον ποριστικὸν τῶν βίω, *rectè interpretaberis, rationem necessariorum suppeditatiuam, sed, suppeditatricem, vel, suppeditantem, vel periphrasi; quæ necessaria suppeditandi vim habet.*

EXCEPTIONES.

I. Quædam è supradictis vocabulis etiã Datiuo cohærent. ἔνοχος τοῖς νόμοις, reus legum. Lucian. ἔνοχος τῇ κρίσει, συνεδρίῳ, Matthæi 5. reus iudicij, vel reus iudicio, reus consilio, vt vertit sacer interpres. ὑπεύθυνον τιμωρίᾳ, Chrysost. obnoxium pœnæ.

II. Datiuum itidem habent Denominatiua in κος, quæ deriuantur à verbis habentibus Datiuum, τοῖς πάθεσιν ἀκολουθικὸς ὁ νέος. Arist. Iuuenis ſequitur affectus. Nam verbum ἀκολουθεῖν datiuum regit. Sunt & alia nonnulla, de quibus infra.

III. Quædam adiectiua habent genitiuum per eclipſin, deficiente ſcilicet ἕνεκα, μακάριε τῆς θέας, Lucian. Felix qui hæc videris. ἄθλιος τῆς τύχης, miſer ob fortunam. vtrobique ſubauditur, ἕνεκα.

IV. Genitiuo iunguntur partitiua, vt apud Latinos, γειτόνων πολλοὶ. Pind. Multi vicinorum: μόνη τῶν πόλεων, ſola ciuitatum: ἕκαστον τῶν ζώων, vnumquodque animalium. Vide Emmanuelem.

DATIVVS POST NOMEN *Adiectiuorum*.

I. Adiectiua quibus commodum, voluptas, gratia, fauor, ſimilitudo, æqualitas, fidelitas, mos, conſuetudo, & his contraria ſignificantur, Datiuum habent non ſecus atque apud Latinos. exempla paſſim ſunt obuia.

Præ-

II. Prædictis adde adiectiua quædam passiuæ significationis à verbis deducta, & Latinis in bilis; vt amabilis, respondentia, ἐπ' ἐκείνους πέμπε με, οἷς τίμιος ἐγὼ καὶ περιπόθητος. Lucian. ad illos mitte me, quibus ego honorabilis & optabilis sum.

III. Adde etiam composita ex σὺν, & ὁμοῦ, simul, & præterea multa verbalia casum sui verbi imitantia, ὁμότεχνος ἐμοὶ, eiusdem artis atque ego. ὁμόγλωσσος ἐκείνῳ, eiusdem atque ille linguæ. σύντροφος τῇ παιδείᾳ, educatus simul in litteris. ὁμόψηφος ἐμοὶ, eiusdem sententiæ, ac mea est. προσεκτικὸς τοῖς μεγάλοις καὶ τοῖς θαυμαστοῖς. Arist. Qui magnis & miris attendit. quia προσέχω, Datiuum habet.

IIII. Substantiua aliquando Datiuum habent imitatione adiectiuorum. vt cum Aristoteles ait, νέμεσιν dictam ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διανεμήσεως, à suum cuique distribuendo. Sic Cicer. Iustitia est obtemperatio scriptis legibus. Nimirum quia διανέμειν, & obtemperare Datiuum habent; ideo etiam substantiua verbalia ab illis deducta, cum Datiuo

iunguntur. Sic apud Plautum. quid tibi hanc aditio est, quid tibi hanc notio est? quia adeo & nosco accusandi casum postulant.

EXCEPTIO.

Multa ex prædictis Genitiuum admittunt, vt & apud Latinos. ὄρνις ὁμοία τῶν λοιπῶν ὀρνίθων. Aesop. Gallina similis aliarum gallinarum. Theodoret. ὁ μὲν πόνος κοινὸς δούλων καὶ δεσποτῶν, labor communis est seruorum & dominorum.

V. Quoduis adiectiuum admittit Datiuum modi, caussæ, instrumenti, atque huiusmodi circumstantiæ. Arist. ἴσα τῷ ἀριθμῷ ὠά, oua numero paria. θρασὺς στόματι, audax ore. ἕτοιμος ξίφει, paratus gladio, promptus manu.

ACCVSATIVVS POST *Adiectiuum*.

I. Multa adiectiua laudem vel vituperationem, patriam, gentem, nomen, vel partem significantia, accusatiuum habent, præpositione κατὰ per synecdochen subintellecta. Herodotus, Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν τὸ γένος. Crœsus erat

erat genere vel natione Lydus. θαυμάσιος τὴν τέχνην. Lucian. Mirandus arte.

ANNOTAT.

Nomina hæc nonnunquam Datiuum habent, τῷ εἴδει καλὸς, specie pulcher. quo pacto ad superiores de Datiuo regulas pertinent. Est autem modus hic loquendi Græcorum Latinis, & maxime Poëtis valde vsitatus, vt apud Emmanuelem cernere licet.

II. Quædam adiectiua habent accusatiuum interposita præpositione εἰς, περὶ, ἐπὶ. Aristoph. δεινὸς εἰς τὰ πάντα, idoneus & acer ad omnia. δεινὸς περὶ τὴν νομοθεσίαν, Aristot. aptus ad leges ferendas. χρήσιμος εἰς τὰ πολεμικὰ, vtilis ad res militares. τὴν τοῦ σώματος ἰσχὺν ἱκανὴν ἐπὶ τοὺς πόνους ἔχουσι Plato. Sat virium habent ad labores. ἱκανὸς πρός τι, aptus ad aliquid.

ANNOTAT.

Idem fit in his nominibus, accommodatus, aptus, idoneus, & alijs: de quibus Emmanuel.

III. Adiectiua quibus generalis dimensio significatur, fere non copulant Græci cum accu-

accusatiuo, vel Datiuo loco ablatiui more Latinorum: sed circumloquuntur plerumque per substantiua abstracta in nominatiuo, vel datiuo, vel accusatiuo posita, subintellecta crebro præpositione κατὰ per synecdochen. Xenoph. τοῦ Μαιάνδρου τὸ εὖρος ἐστὶ δύο πλέθρα, Mæandri latitudo est duo iugera. Idem, τοῦ Μαρσίου τὸ εὖρος εἴκοσι, καὶ πέντε ποδῶν, Marsiæ fluuij latitudo est vigintiquinque pedum. Εὐφράτης ἐστὶν εὖρος τεττάρων σταδίων. Idem, Euphrates latitudine est quatuor stadiorum. Herod. ἐόντας τὸ μέγεθος εἴκοσι πήχεων, erant magnitudine viginti cubitorum. Diodorus, χῶμα δίπλεθρον τῷ πλάτει, agger duorum iugerum latitudine.

ANNOTAT.

1 *Ad Latinorum normam ita dicendum esset,* ὁ Μαίανδρός ἐστιν εὖρος δύο πλέθρα, δύο πήχεις: *vel* μέγας δέκα, ἑκατὸν πήχεσι *vel* πήχεις, *vel etiam in genitiuo (Nam & hac constructio inuenitur apud Latinos)* πήχεων, πλέθρων, δακτύλων, ποδῶν.

2 *Pro latino illo, opus est, vtuntur Græci verbis impersonalibus* δεῖ *&* προσδεῖ *cum genitiuo.*

De-

Demosth. δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων, *pecunia sane opus est, nec sine hac quicquam agi potest. Idem,* οὐ λόγου προσδεῖν ἡγοῦμαι, *non arbitror opus esse verbis. Vtuntur etiam nomine* χρεία *à* χράομαι, *vtor.* χρεία ἐστὶ τούτου, *vsus seu opus est hac re. Aristot.* ἔφησεν ἑαυτῷ χρείαν εἶναι καὶ τούτων, *his quoque sibi opus esse dixit.* πείρας χρεία ἐστί. *S. Chrys. experientia opus est. Respondet autem vocabulo* χρεία, *ad verbum, illud Latinum vsus, quo sæpe vsi sunt scriptores, pro opus. Plaut.*

Viginti iam vsus est filio argenti minis.

Virgil. lib. 8.

Arma acri facienda viro, nunc viribus vsus.
Nunc manibus rapidis, &c.

DE CONSTRVCTIONE graduum comparationis.

Caput Nonum.

I. Comparatiuus genitiuum habet. Hom. de Nestore. τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή, cuius ex ore melle dulcior fluebat

bat oratio. μείζων ἢ τούτων ἡ ἀγάπη. 1. ad Corinth. 13. Maior his est charitas.

ANNOTAT.

1 Interpres sacræ scripturæ aliquoties hoc hellenismo vsus est, Maior horum est charitas. Maiora horum faciet.

II. Comparatiuo addi potest datiuus, significans excessum, μείζων ἐμοῦ, ἑνὶ δακτύλῳ, maior est me, vno digito.

III. Non tantum comparantur res diuersi generis, sed etiam eiusdem, si cum ipso comparatio instituitur, quamuis diuerso respectu. πάντων λαχάνων μείζων. Marc. 4. Omnibus oleribus maius. πλουσιώτεροι αὐτῶν γιγνόμενοι. Thucyd. ditiores seipsis facti.

IV. Comparatiuus cùm partitionem significat, genitiuum habet ὁ μείζων τῶν νέων, maior iuuenum.

V. Genitiuus comparatiui mutari potest in casum verbo congruentem, interpositis particulis ἢ, ἤπερ, ἠέπερ. οὐδὲν ἐστὶ κτῆμα σεμνότερον ἢ ἀρετή, nulla possessio honorabilior quàm virtus. ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν ἀνδράσιν ὡμίλησα, cum melioribus viris versatus sum.

ſum, quàm vos ſitis. Neſtor apud Homerum Iliad. 1. Ἀννίβας τῇ γνώμῃ πλέον, ἤπερ τῇ τύχῃ ἐχρήσατο. Lucian. Hannibal magis prudentia quàm fortuna vſus eſt.

VI. Interdum poſt ἢ eleganter additur κατὰ, εἰς, πρὸς, ὅσον, ὡς. μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπον. Plato. Humana forma maius. τὰ προγεγενημένα τί δεῖ μακρότερον, ἢ εἰς ὅσον τοῖς νῦν ξυμφέρει αἰτιᾶσθαι; Thucyd. Quid opus eſt præterita verboſius, quàm quatenus præſenti rerum ſtatui expedit, reprehendere?

ANNOTAT.

1 *Hoc loquendi genus Latinis quoque vſitatum eſt. Nam illud Iſocratis, ἐλάττω νομίσας τὴν ἀρχὴν, ἢ κατὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν εἶναι: recte vertes: Ratus imperium minus eſſe, quam pro ſuo ingenio atque animo.* μεῖζον τὸ ἔργον ἢ κατὰ τὴν ἐμὴν δύναμιν, *maius opus eſt quam pro meis viribus. ita loquitur Curtius lib. 5. ventus maiorem quam pro flatu ſonum edebat. Cicero aliter. vt illud 3. de Or. Plus multo etiam vidiſſe videntur, quam quantum ingeniorum noſtrorum acies intueri poteſt.* [illegible]*d. Hoc eſt altius, quam vt nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus. & 5. Tuſc. Plerumque dolor eſt vehementior, quam vt cauſa*

ſit,

sit, cur feratur. πολλάκις λύπη μείζων ὀδῶν, ἢ ὡς φέρειν.

2 *Latius porro patet vsus comparatiui apud Græcos, quàm apud Latinos. multa enim ipsi cõparatiuo efferunt, quæ nos per comparatiuum eloqui non possumus; vt pluribus exemplis demonstrat Budæus in commentarijs. vnum aut alterum satis fuerit. Arist.* ὥστε δεῖ προσέχειν τῶν ἐμπείρων καὶ φρονίμων ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι καὶ δόξαις οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων. *itaque attendere oportet ad sententias & opiniones, quæ demõstrari nequeunt, expertorum & prudentium, non minus quàm ad demonstrationes. Idem:* εὔλογον δὲ τοῖς εἰδόσι τῶν ζητούντων ἡδίω τὴν ἀγωγὴν εἶναι, *consentaneum rationi est scientium vitam suauiorem esse, quam indagationem. Idem* κάλλιον εὖ ποιεῖν φίλους ὀθνείων, *pulchrius est amicis benefacere, quam alienis. Iam vero illa,* ὀργῆς ἥττων ὢν, *apud Herodianum;* κρείττων χρημάτων, κρείττων παιδείας, *vix assequi potest Latinus sermo pari vi & elegantia. Nam si dicas, Minor est ira; maior pecunia, maior institutione; nihil minus exprimes, quàm quod illis Græcis loquendi formulis subest. Illud enim* κρείττων χρημάτων, *significat rem esse præstantiorem, quam quæ*

pecuniæ emi possit. Et illud ὀργῆς ἥττων κρείττων παιδείας, talem qui infirmior sit, quam vt iram superet. doctiorem, quam qui doceri possit. quadam tamen Latini conantur exprimere, vt impotens animi, impotens iræ.

3 Comparatiua, cum partitionem significant, apud Latinos quoque genitiuum admittunt. Sic Liu. Iuniores Patrum euincebant. sæpius tamen ablatiuo gaudent cum præpositione Ex, De, Inter. Vide Emmanuel. cap. 6. de Construct. Nominis.

VII. Comparatiua recipiunt apud Græcos augmentum seu intensionem, adiectione harum particularum, μᾶλλον, magis, πολὺ, πολλῷ, multo: ὅσῳ, quanto: τόσῳ, τοσούτῳ, tanto. Demosth. πολὺ γὰρ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν, ἢ κτήσασθαι πάντα, multo facilius est parta tueri, quàm cuncta de integro acquirere. Non raro adiungitur venuste aliud comparatiuum. Dionys. Alic. ποιητικώτερα μᾶλλόν ἐστιν, ἢ ἀληθινώτερα, poetica sunt potius, quàm veriora. Thucyd. ἀξυνετώτερος ἢ ἀδικώτερος ἀπεχώρει. imprudentior quàm iniustior discessisset.

Interdum additur alia intensionis particula,

cula, vt apud Isæum: πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερον, ad verbum, Multo magis promptius. Quale est etiam illud D. Pauli ad Philipp. 1. πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον, multo magis melius.

ANNOTAT.

Latini eodem modo vim suorum comparatiuorum augent: quanquam aduerbium Magis, non apponunt nisi raro & per hellenismum. Plautus, Nihil inuenies hoc certo magis certius. Idem, Nam magis multo patior facilius verba. Virg. in culice. Quis queat optato magis esse beatior æuo? Aliud etiam comparatiuum adiungunt. Liu. Cautior tamen quam promptior hic Habitus fuit. Cic. pro Mil. Non timeo iudices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius hæc in illum euomere videar quam verius.

VIII. Adhibetur interdum comparatiuus pro Positiuo. Sophocl. in Elect. πλέον ἐχθίστη, pro πολὺ, longe infensissima.

IX. Vsurpatur vicissim positiuus pro comparatiuo καλὸν τὸ μὴ ζῆν ἐστὶν ἢ ζῆν ἀθλίως, pro κάλλιον. Menand. Pulchrius est non viuere, quàm viuere misere.

ANNOTAT.

Apud interpretem sacra Scriptura occurrit interdum hoc genus loquendi, vt Psalm. 117. Bonum

num est confidere in Domino, quàm confidere in homine: Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus, pro, melius est. ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον, ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχουσι. nisi potius ad Hellenismum respexisse dicendus sit. Hebræi certe fere ita loquuntur, quippe qui comparatiuis careant.

X. Adiectiua ponderis comparatiuorum naturam habent: quæ caussa est, cur genitiuo iungantur. Ἀντίγονος παρεκάλει Εὐμένη λαβεῖν δωρεὰς πολλαπλασίους, ὧν πρότερον ἦν ἐσχηκώς. Diodorus. Antigonus hortabatur Eumenem, vt acciperet beneficia multis partibus plura, quàm ante habuisset. Aristot. μυριοπλάσια ἂν κακὰ ποιήσειεν ἄνθρωπος κακὸς θηρίου, homo malus infinitis partibus mala maiora perpetrauerit, quàm bellua.

DE SVPERLATIVO.

I. Superlatiuus genitiuum habet, σοφώτατος ἁπάντων, sapientissimus omnium.

II. Neque solum genitiuum pluralem, sed & singularem nominis collectiui habere

 potest.

poteſt. ἀνδράσι τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀρίστοις, Herodian. viris totius Senatus optimis. τῆς γῆς ἡ ἀρίστη, Thucyd. terra optima. Ἀλκῇ νέανδρος, εὐπρεπέστατος γένους. Lycoph. fortitudine ſtrenuus, clariſſimus genere.

ANNOTAT.

Idem de Partitiuis dicendum eſt. Vt enim rectè dicitur. Nemo plebis, ita etiam οὐδεὶς δήμου. Vide Emmanuelem.

III. Non tantum res eiuſdem vel diuerſi generis inter ſe conferri poſſunt, ſed etiam idem ſecum ipſo. Demoſthen. οὐ γὰρ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν, οὐδὲ πλίνθοις ἐγώ, οὐδ' ἐπὶ τούτοις μέγιστον τῶν ἐμαυτοῦ φρονῶ, neque ego muro, neque lateribus muniui ciuitatem, neque hac re potiſſimum confido. S. Baſilius, ὅτε καὶ φλογωδέστατός ἐστιν ἑαυτοῦ ὁ ἥλιος, quando Sol maxime ardet, & ſeipſo æſtuoſior eſt. Plutarch. αὐτὸς αὑτοῦ κράτιστος ἐν τῷ μονομαχεῖν, ſeipſum vincens in ſingulari certamine. ὅτε δεινότατος σαυτοῦ ἦσθα. Xenop. Quo tempore omnium ætatis tuæ dierum eras dexterrimus.

AN-

ANNOTAT.

Has locutiones Latini imitari non possunt eadem loquendi formâ, vt ait Budaus. Quod autem quidam dicunt, in huiusmodi locutionibus idem secum ipso non comparari; inane est. Cum quo enim comparatur Sol in allato diui Basilij testimonio, si non comparatur secum? Aristoteles quoque idem secum ipso reciproce contulit in comparatiuo. τότε αὐτὸς αὐτοῦ ὁ ἄνθρωπος ἑ χρυσότερος ἐστι. *Tunc homo est seipso coloratior. Dixi autem in regula, Res quoque diuersi generis comparari. Cur enim non recte dicam?* ἄνθρωπος πάντων οὐ μόνον διπόδων, ἀλλὰ καὶ τετραπόδων μιαρώτατος, καὶ βδελυρώτατος: *Sicut Latine recte dicimus, homo omnium non modo bipedum, sed etiam quadrupedum flagitiosissimus.*

IV. Mutatur interdum genitiuus superlatiui in alium casum, adiuncta præpositione. Ariſtoph. Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς, Aeſchylum primum inter Pöetas arbitror. Hom. 1. Iliad. μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη θεός εἰμι, ſum Dea omnium contemptiſſima.

V. Superlatiui recipiunt augmentum, ſeu intenſionem, additis particulis λίαν. μα-

χρῷ, πολὺ, ὡς, ὅπ. ὅπον. ὡς δυνατὸν, ὡς οἷόν τε, ὅσῳ, τοσούτῳ. & alijs huiuſmodi, λίαν φιλοπονώτατος, multo laborioſiſſimus, μακρῷ τὰ πάντα πρῶτος longe omniū primus. ὡς πλεῖστοι quam plurimi. Et ſic de alijs. Nam exempla paſſim ſunt obuia.

VI. Attici vſurpant interdum ſuperlatiuum pro comparatiuo, τὰ ἄρρενα κυόμενα κινητικώτατα ἐστὶ τῶν θηλέων. Ariſt. pro πολλῷ κινητικώτερα. maſculi in vtero longe mobiliores ſunt, quam femellæ. Sophocl. ὅσῳ κράτιστον κτημάτων ἀβουλία, quanto præſtantior eſt opibus prudentia in dandis ineundiſque conſilijs.

A N N O T A T.

Plura exempla affert Budæus, ſimulq. negat huius rei exemplum apud Latinos reperiri.

VII. Adhibetur etiam comparatiuus pro ſuperlatiuo, & ſuperlatiuus pro poſitiuo, μακρῷ πάντων βαρύτερος, pro βαρύτατος. Syneſius, longe omnium grauiſſimus. μάλιστα δεινότατος τοῖς ἐναντίοις, pro δεινός. Thucyd. in hoſtes acerrimus.

Quæ-

VIII. Quædam nomina licet ſuperlatiua non ſint; habent tamen vim ſuperlatiuorum, ac proinde genitiuum exigũt, ἔξοχος ἄλλων. præſtans alijs, princeps aliorum. δῖα θεάων. Homer. Diua Dearum, κορυφαῖος τῶν Ἀθήνῃσι ῥητόρων. Diodorus. Coryphæus Rhetorum Athenienſium.

DE TRANSITIVA CONſtructione verborum quæ vnum caſum poſt ſe habent.

Caput Decimum.

Verborum quædam genitiuum, quædam datiuum, quædam accuſatiuum exigunt: de ſingulis ordine præſcribendæ ſunt regulæ.

GENITIVVS POST Verbum.

I. SVm eodem modo apud Græcos, quo apud Latinos cum Genitiuo cohæret: niſi quod interdum non exprimitur. Demoſth. πολίτου δικαίου κρίνω, viri iuſti eſſe arbitror.

II. Cùm laudem vel vituperationem significat, genitiuum itidem nonnumquam exigit. Plutarc. Φέρνιος ἦν ἀξιώματος μεγάλου, Furnus erat magnæ dignitatis.

III. Genitiuum postulant verba sensuum, tum quæ vniuerse, tum quæ proprie sensum significant. αἰσθάνομαι ψόφου. Aristoph. sentio strepitum. Demosth. προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν τῶν βουλομένων συμβουλεύειν, par est, vt prompte illos velitis audire, qui consilium dare volũt. ὀσφραίνεται τοῦ χρυσοῦ. Lucian. odoratur aurum. καὶ πρῶτα μὲν δὴ τῆς κεφαλῆς ἐφήψατο. Aristoph. & primum quidem caput attigit. γεύεσθαι κακῶν, gustare mala. Eurip.

A N N O T A T.

Eadem est ratio vocabulorum, quæ horum sunt synonyma, vt κλύω, ἀΐω, audio: ἐπιψαύω, θιγγάνω, tango. Theognis: σὺ δέ μου κλῦθι καὶ ἐσθλὰ δίδου. Tu vero me exaudi, bonaq. da.

E X C E P T I O N E S.

1 Verba videndi, vt ὁρῶ, ὄπτομαι, βλέπω, δέρκομαι, θεωρῶ, eorumque composita fere accusatiuum habent. ὁρῶ τὸν ἱερέα, Aristoph. video sacerdotẽ. πάντα ὁρῶ ταῦτα, om-

omnia hæc video. Lucian. ὐδένα ἔβλεπε Act. 9. neminem videbat.

2 Attici omnia verba ſenſuum cum accuſandi caſu coniungunt. Ariſtot. αἰσθάνονται τὰ παρόντα, ſentiunt præſentia.

ἀκούσατε ὦ ἄνδρες δικασταὶ τὰ ψηφίσματα. Demoſth. audite ô viri iudices decreta. κακόδαιμον ὀσφραίνῃ τι; Ariſtoph. miſer olfacis ne aliquid? γευσάμενος γάλα. Lucian. cùm lac guſtaſſet.

ANNOTAT.

Μανθάνω pro ἀκούω genitiuo gaudet. ὅταν μάθῃς μου νουθετοῦ. Sophocl. cùm audiueris me, admone. ſic etiam πείθεσθαι pro ἀκούειν quando ſignificat auſcultare, obedire, πείθεσθαι γὰρ εἴθισμαι σέθεν, audire te ſoleo, ideſt, obedire tibi. Euripid. κλύω & ἀκούω interdum datiuum habent. Theognis εὐχομένῳ μοι κλῦθι, audi me precantem.

IV. Verba quæ animi affectionem ſignificant, vt ſunt verba admirandi, expetendi, amandi, priuandi, conſequendi, aberrandi, & participandi genitiuum habent. quibus

adde verbum petendi δέομαι, & verbum ἔχομαι, adhæreo, coniunctus ſum.

(Admirandi.)

θαυμάζω ὑμῶν, Xenoph. miror vos. θαυμάζω σου, Plato, miror te. θαυμάζω τῶν ταύτην τὴν γνώμην ἐχόντων. Iſocrat. miror illos, qui tali ſint animo.

(Expetendi.)

ὀρέγεσθαι τῆς καλοκαγαθίας. Iſocrat. appetere honeſtatem. Ariſtoph. οὐ γὰρ τούτων ἐπιθυμῶ. non enim cupio hæc. ἐφίεμαι πλούτου, expeto diuitias.

(Amandi.)

οὐ γὰρ οὕτω τοῦ πλουτεῖν ἐρῶσιν. Lucian. non ita diuitias amant. ἐρῶντες δυναστείας. Halicar. appetentes potentiæ. τῶν καλῶν ἐρῶσι. Xenoph. amant pulchra.

(Priuandi.)

στερηθῆναι βίου, priuari vita. στερηθήσεται τῆς πόλεως. Xenophon. priuabitur ciuitate. ὁ πόλεμος ἁπάντων ἀγαθῶν ἡμᾶς ἀπεστέρησε. Iſocrat. bellum priuauit nos omnibus bonis.

(Con-

(Conſequendi.)

τῷ σκοποῦ τεύξόμενος. Plato, ſcopum aſſecuturus, τυγχάνω τῶν δικαίων, ius meum obtineo. οὐκ ἀσφαλὲς ἐπιλαμβάνεσθαι μεγάλης ἐξουσίας. Demoſth. non eſt tutum magnam poteſtatem conſequi. τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι. Iſocrat. virtutem adipiſci.

(Aberrandi.)

Ψευσθεὶς ἐλπίδος. ſpe falſus. ἀποτυγχάνειν τοῦ σκοποῦ aberrare à ſcopo. ἁμαρτάνειν ὅλης τῆς ὁδοῦ, tota via aberrare. οἱ μὲν ἄριστα φρονοῦντες ἐνίοτε διαμαρτάνουσι τοῦ συμφέροντος. Iſocrat. ſapientiſſimi quique aberrant aliquando ab vtili. καὶ τούτου μὲν οὐκ ἐψεύσθην. Plato. & in hoc non ſum deceptus.

(Participandi.)

μετέχειν τῶν ἴσων Halicar. æquale ius participare. σιτοῦ καὶ ποτοῦ κοινωνεῖν. Xenoph. cibi & potus participem eſſe.

Eodem modo vſurpantur μεταλαμβάνω, μέτεισι, μεταδίδωμι. Theog. οὐ δὴ γὰρ αὖ προκαμὼν ἄλλῳ καμάτου μεταδοίης. neque enim ante fatigatus alium laboris ſeu defatigationis participem facias. ἀθανασίας μετείληφας. Lucian.

cian. immortalitatis es particeps.

(Petendi.)

ἀηδὼν ἐδεῖτο τ͂ ἱέρακος. Aeſop. luſcinia rogabat accipitrem. Herodot. σοῦ δέομαι μὴ δέεσθαι ἀνόμων, rogo te ne petas iniqua. Κλεάρχου μηδὲν πώποτε ἐδεήθην. Demoſt. A Clearcho nihil vnquam petij. τῆς τοῦ θεοῦ λατρείας ἐχομένους. S. Chryſoſtomus, Dei cultui inhærentes.

ANNOTAT.

1 *Omnia fere hæc verba alios aliquando caſus habent. Iſocrat.* θαυμάζω αὐτούς, *miror eos.* ἀναγκαῖον οὖν τὴν τοῦ κόσμου φύσιν γλίχεσθαι τὴν ὅλου διαμονήν. *Philo. neceſſe eſt naturam mundi cupere & velle vniuerſi incolumitatem.* ἃ γὰρ ἐπιθυμεῖ ψυχή, καὶ πιστεύειν φιλεῖ, *quæ animus cupit, etiam credere ſolet. Heliodorus. Sic* ποθεῖν καὶ ἐπιποθεῖν, *accuſatiuo gaudent. Lucian.* μηδὲν ἐπιπόθει τ͂ κακῶν, *nihil mali concupiſcas.*

2 *Eſt autem diligenter obſeruandum, quæ, & qualia verba expetendi, amandi, &c. iunxerint ſcriptores cum genitiuo: ab iiſque ne minimum quidem diſcedet, qui rectè ſcribere, aut loqui volet. Non enim omne verbum quod deſiderium,*

V.G.

V. G. vel amorem significat, cum genitiuo cohæret, vt patet ex allatis exemplis; neque φιλέω, quia idem est quod amo, propterea genitiuum admittit.

3 *Verba consequendi interdum datiuo iunguntur.* Diodor. ἐπιτυγχάνουσι τοῖς πρώτοις ἐγχειρήμασι, *cùm primi conatus successissent.*

4 *Quædam etiam accusatiuum habent,* κληρονομῶ χρήματα, *pecunias hæreditate consequor. Isocrat.* τὰς ἀρχὰς κληρονοῦντες. *Imperia sortiri.*

5 *Dicimus etiam* ψεύδομαι τόδε, τοῦδε, τῷδε, *fallor vel destituor hac re.* ψεύδομαι τούτων οὐδέν, *nihil horum mentior. Aristoph.* οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις. *Act. 5. non es mentitus hominibus.* ψεύδωνται δεῖπνον *Aristoph. idest,* ἀποτύχωσι, *cana multentur, fraudentur.*

6 *Verba denique participandi nonnunquam accusatiuo iunguntur. Aristoph.* οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί, *non fuisti particeps tot plagarum atque ego, idest, non accepisti tot plagas, quot ego.*

7 Latini videntur interdum has Græcorum constructiones imitari.
Virgil. Iustitiæ ne prius mirer, belline laborum.
Idem. Nec veterum memini lætorve laborum.
nisi quis subaudire velit causa vel gratia laborum.

8 Ad eandem normam dixiſſe putatur, Horat. lib. 2. Ode 13. Dulci laborum decipitur ſono: tametſi nonnulli legunt, laborem, ſic fallor ſermonis, apud Plautum, & alios.

V. Genitiuum habent verba, quæ curam, neglectum, & cõtemptum ſignificant. Item verba dominandi ſeu imperandi, copiæ, inopiæ, incipiendi, abſtinendi, dimittendi, parcendi, diſtandi, differendi, excellendi, ſuperandi, & ſeparandi.

(Quæ curam ſignificant.)

Iſocrat. πάντων ἐπιμελοῦ τῶν περὶ τὸν βίον, cura omnia, quæ ad vitam pertinent. ἄνηθες, τὰ οἰκεῖα αὐτοὺς προϊεμένους, τῶν ἀλλοτρίων φάσκειν κήδεσθαι. Demoſth. Stultum eſt eos, qui ſua negligunt, dicere ſe aliena curare. σοῦ δ᾽ οὐ φροντιῶ Ariſtoph. non curabo te.

(Neglectum.)

τῆς ἀληθείας ὀλιγωροῦσι. Herodian. Veritatem negligunt. ὠλιγώρουν τῶν κοινῶν. Iſocrat. negligebant Remp.

(Dominandi.)

τῶν οἰκετῶν ἄρχειν, Iſocrat. Imperare ſeruis. διαπρόζουσι τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες. Lucian.

viris

imperant mulieres.

(Copiæ, & inopiæ.)

χρημάτων ἠυπόρει. Demosth. pecunijs abundat. γέμω κακῶν, Eurip. scateo malis. ἐνέπλησε τοσαύτης παρανομίας καὶ μανίας. Demost. tanta improbitate ac timore repleuit. ἐμφορεῖσθαι τοῦ ἀκράτου. Lucian. ingurgitari mero. σπανίζουσι τῶν ἀναγκαίων. Halic. egent rebus necessarijs.

(Incipiendi, & desinendi.)

Ἄρχετε βωκολικᾶς ἀοιδᾶς. Theocrit. incipite musam agrestem. λήγετε βωκολικᾶς ἀοιδᾶς. Idem, desinite modulari musam agrestem.

(Abstinendi.)

ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι. Phocyl. ab alienis abstinere.

(Dimittendi.)

δεξιᾶς ἐμῆς μέθες. Eurip. dimitte dexterã meam. τούτου μὴ μεθίεσθαι. Aristoph. hunc non dimittere.

(Parcendi.)

πλούτου μὴ φείδου. Phocil. diuitijs ne parcas. Demosth. παίδων φείδεσθαι πάτριος νόμος, parcere

cere liberis, paterna lex eſt.

(Diſtandi.)

Demoſth. ἀπεῖχε τῆς πόλεως στάδια τεσσαράκοντα, aberat à ciuitate ſtadia quadraginta.

(Differendi.)

οὐδὲν τῶν κοράκων διαφέρουσιν. Lucian. nihil differunt à coruis.

(Excellendi.)

προέχειν τῶν ἄλλων, Iſocrat. alijs antecellere.

(Superandi.)

κρατεῖν τῶν ἡδονῶν, Xenoph. ſuperare voluptates. κρατεῖς ἁπάντων, Lucian. omnibus imperas.

(Separandi.)

χωρίζεται τοῦ θεοῦ. Chryſoſt. ſeparatur à Deo. Dionyſ. de ſitu orbis. Εὐρώπην Ἀσίης Ταναϊς διὰ μέσσον ὁρίζει. Tanais diuidit ab Aſia Europam.

ANNOTAT.

1 *Quædam ex prædictis verbis cum alijs interdum caſibus copulata reperies.* ἀπὸ φροντίζουσι, *Lu-*

Lucian. ſemper aliquid curant; ideſt, meditantur. θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες. *Homer. Dei conſpectum ſeu præſentiam nihil curantes. Idem* μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε, *impera Myrmidonibus. Fere enim apud Poetas verba imperandi datiuum habent. Imitantur porro Latini interdum hos Græcos loquendi modos. maxime Horat. vt lib. 3. ode 30.*

Et qua pauper aqua Daunus agreſtium.

Regnauit populorum.

id eſt, ἐβασίλευσε, ἦρξε τῶν δήμων. *Alij legunt, Regnator populorum. Et lib. 2. ode 9. Deſine mollium querelarum, & lib. 3. ode 27. Mox vbi luſit ſatis, abſtineto (dixit) irarum calidæq. rixæ.*

2 Dominor iungunt Latini cum ablatiuo vel accuſatiuo, interuentu præpoſitionis (in) Cic. 1. Tuſcul. Vetat enim dominans ille in nobis Deus idem de Sen. dominatur in ſuos. Admittere tamen videtur interdum apud Poetas datiuū. Virg. Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris. ſed cenſendus potius ablatiuus ſine præpoſitione, vt ſit cunctis oris, pro, in cunctis oris. In ſacris litteris Græca ſtructura fere ſemper eſt ab interprete latino expreſſa. Pſal. 9. πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κατακυριεύσει, *omnium inimicorum ſuorū dominabitur. Ibid.* ἐν τῷ αὐτὸν κατακυριεῦσαι τῶν πενήτων, *cùm dominatus fuerim pauperum. Pſalm. 18.*

ἐὰν

καὶ μή μου κατακυριεύσωσι, ſi mei non fuerint dominati, pro in me. Et alibi ſæpiſſime.

3 Etiam verba implendi genitiuo iungunt Latini. Virg. Implentur veteris Bacchi pinguiſque farinæ. Plaut. Paraſitus qui me compleuit flagitij & formidinis. Plura exempla vide apud Emmanuelem. Interpres ſacer, impleta ſunt nuptiæ diſcumbentiũ, ἐπλήσθη ὁ γάμος τῶν ἀνακειμένων, Matthæi 22. Egeo genitiuum admittit, Græcorum imitatione. Eget æris Cappadocum Rex. Horat. & Terent. Tui carendum. ſic verbum copiæ Abundo cum genitiuo. Lucill. Quarum abundamus rerũ, ὧν εὐπορῦμεν. Lucret. teſte Seruio; ſuperi viduatus luminis aër.

VI. Genitiuum habent verba arcendi, ſeu prohibendi, liberandi, æſtimandi, emendi, & vendendi, accuſandi, damnandi, abſoluendi, & concedendi.

(Arcendi ſeu prohibendi.)

εἴργω πυρὸς καὶ ὕδατος. Plutarch. interdico igni & aqua: μηδέ μ' ἔρυκε μάχης. Homer. ne me arceto à pugna. Græcos imitatus verbũ prohibendi iunxit cum genitiuo. Silius Italicus,

Ca-

Captæ prohibere nequiret
Cum pœnos aquilæ.

(Liberandi.)

ῥύσασθε λύμης, Apollonius, liberate calamitate. Iſocrat. ὑπομένομεν τομὰς ἰατρῶν, ἵν' ἀπαλλαγῶμεν πλειόνων ἀλγηδόνων, toleramus medicorum ſectiones, vt liberemur maioribus doloribus. φθόνου καθαρεύειν. S. Chryſoſt. purgare ſeu liberare ſe ab inuidia. Interdum additur præpoſitio. Ariſtoph. ἀπαλλάττεσθον ἀπ' ἐμοῦ, recedite à me.

(Æſtimandi & emendi.)

πόσου δοκεῖς τιμῶμαι; Syneſ. quanti putas æſtimo? οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν. Demoſth. non emo decies mille drachmis. οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰσχάδος. Ariſtoph. non vna emerim carica.

(Fruendi.)

τί ἀπολαύσειας τῶν ὀρῶν, τί δ' ἂν ἀπόναιντο τοῦ σοῦ κάλλους αἱ βόες; Lucian. Quem fructum capias ex montibus? quid vtilitatis percipient ex tua pulchritudine vaccæ? ἀπόλαυε μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν ὡς θνητός. præſentibus

bus bonis fruere vt mortalis. Isocrat.

(Accusandi, absoluendi, & concedendi.)

κατηγορῶ Φιλίππου, Demosth. accuso Philippum. κατηγοροῦσί τινες ἡμῶν, Isocrat. accusant nos aliqui. ἀφεθεὶς τῶν ἐγκλημάτων, Demosth. liberatus crimine. Idem, παρανόμων γραφόμενον. violatarum legum accusantem. ἀποψηφίζομαί σου, Aristoph. absoluo te. παραχωρεῖ τῆς ἀρχῆς συνοίκῳ κρείττονι, Synes. præstantiori cedit de imperio.

VII. Verba quædam sæpe genitiuum postulant, ἐλλειπτικῶς, deficiente ἕνεκα vel χάριν, ἀποδέχομαί σε τῆς προαιρέσεως, probo tuum consilium. εὐδαιμονίζω σε τῆς ἀρετῆς, felicem te prædico propter virtutem, subauditur ἕνεκα, vel χάριν. Eurip. Ἑλλάδος μάλιστ' ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω, maxime gemo propter miseram Græciam.

ANNOTAT.

Huc referunt nonnulli illud Virg.

Institiæ ne prius mirer, &c. & illud Ouidij.

Successorumque Mineruæ indoluit.

Et illud Senecæ. Laius rapti furit, ideſt, gratia vel caussa regni rapti. Et illud Horat.

Ple-

Florem artis in te nullum habentis exitum.

VIII. Interdum iunguntur verba genitiuis, præpositione deficiente, quæ genitiuum postulant, λύω σε τῶν δεσμάτων, soluo te vinculis. ἁρπάζω σε τοῦ πυρός. rapio te ex igne. ibi subauditur, ἀπὸ, hic præpositio ἐκ. ἐλύθη χρημάτων μεγάλων. Demosth. magna pecunia redemptus est.

IX. Eandem ob causam enunciantur genitiuo pars, & materia, & principium ortus seu caussa efficiens. ἕλκει σε ῥινός. Lucia. trahit te naso. ἕλκει σε ποδός, τριχῶν. trahit te pede, capillis. πεποιημένον μυλίτου λίθου. Herodian. Factum ex molari lapide. Idem, ἑνὸς λίθου πᾶν πεποιῆσθαι, vno lapide totum esse factum. Διὸς πεφυκώς, Eurip. Ioue natus. φὺς ἀγαθῶν πατέρων. Plato, Bonis parentibus natus. Τελαμῶνος μὲν Αἴας καὶ Τεῦκρος ἐγεννήθη. Isocr. Telamone quidem natus est Aiax ac Teucer.

ANNOTAT.

1 *In his atque horum similibus locis desiderari videtur præpositio* ἐκ, *vel alia. Huc spectant*

 etiam

etiam illa; ὅπε τῦ κώνεἰυ. Lucian. bibit cicutam, ὅπον τῆς βαφῆς, tincturam biberunt. πίνοντες οἴνυ, bibentes de vino. Idem φαγόντες ἐχίδνης, edentes de vipera.

2 Differunt autē πίνειν ὕδατος, & πίνειν ὕδωρ, & his similia. Nam illud est veluti definite aquã talem ac tantum aquæ bibere, ac velut ex aqua, vt subintelligatur ἐξ. At ὕδωρ πίνων, accusabatur Demosthenes orat. de corona, quod omnino aquam bibere soleret, non vinum.

X. Interdum exprimitur materia in Datiuo. Hom.

αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι.
Alteræ enim cornibus fabricatæ sunt, alteræ ebore.

XI. Multa denique verba regunt genitiuum, vi præpositionis, cum qua sunt composita, *ἀπωθεῖν τῦ συμποσίυ*. Lucia. repellere à conuiuio. *ἐκβαλῶ τῆς οἰκίας*, eijciam domo. Aristoph. *ἀποπέμψομαι ὑμᾶς τῦ συμποσίυ*. Lucia. Eijciam vos ex conuiuio.

ANNOTAT.

1 Hic ἀπωθεῖν & futurum ἐκβαλῶ genitiuũ ha-

habent, quia ἀπὸ & ἐκ, quibus constant, genitiuo iunguntur. Idem vsu venit nonnunquam in Latina Syntaxi. Hinc, propugnat nugis, pro, pugnat pro nugis, apud Horatium:

Et, Non quid medios intercinat actus.

& apud Ciceronem, Off. 2. arbitrum illam adegit, pro, ad arbitrum. Quibus locis verba, vi præpositionis, cum qua componuntur, casum regunt.

DATIVVS POST VERBVM.

I. Verba, quæ commodum, incommodum. auxilium, opem, fauorem, aut adulationem significant, datiuum habent, vt apud Latinos.

(Commodum & incommodum.)

λυσιτελεῖ τῇ πόλει. Isocrat. prodest ciuitati. συμφέρει τῷ λέγοντι. prodest dicenti. λυμαίνομαι τοῖς ὅλοις. Demosth. noceo Reipublicæ.

(Auxilium & adulationem.)

βοηθεῖν αὐτοῖς. Demosth. auxiliari ipsis. ἧκον ἡμῖν ἀμυνοῦντες, venerunt nobis auxilio. Isocrat. οὐ ῥᾴδιον εὐνοεῖν τοῖς κακονόοις. Demosth. non est facile fauere malignis. ὅπως τοῖς πλουσίοις κολακεύωσι. Plutarch. vt blan-

blandiantur diuitibus.

EXCEPTIO.

Verba commodi & incommodi, opis, auxilij, adulationis exigunt accusatiuum frequenter apud Græcos. Demosth. τὸν βουλόμενον δ᾽ εὖ ποιεῖν ἡμᾶς ἐάσωμεν, sinamus nobis illum, qui velit, benefacere. τοὺς δ᾽ εὖ ποιοῦντας ἡ πόλις αὐτὸ δ᾽ εὖ πεποίηκε. Demosth. ciuitas bene de se merentibus vicissim benefecit. Μενέλεων δ᾽ εὐεργετεῖς κἀμέ. Eurip. Menelao bene facis & mihi. δρᾷς δ᾽ οὐδὲν ἡμᾶς εὖ. Eurip. nobis nihil boni facis. ἴσα ἐργάσεταί σε οἷα καὶ σὺ ἔδρασας τὸν Κρόνον. Lucian. Idem tibi faciet, quod tu fecisti Saturno: sic dicimus, καλῶς ποιεῖν τινα, seu κακοποιεῖν, malefacere alicui. His adde verbum βλάπτω, noceo. ἐμὲ οὐδὲν βλάψει Μέλιτος. Plato, nihil mihi nocebit Melitus. οὐκ ἐμὲ μείζω βλάψετε ἢ ὑμᾶς αὐτούς. Plato, non magis mihi quàm vobis nocebitis. λυμαίνεσθαι τὴν πόλιν. Demosth. nocere ciuitati. μηδένα τῶν ἀνθρώπων κολακεύειν ἕνεκα μισθοῦ. Xenoph. nulli hominum adulari mercedis caussa. οὐ πολύ σε ὀνήσει ἡ ἀθανασία. Lucian. non multum

multum tibi immortalitas proderit.

ANNOTAT.

Reperitur itidem apud Latinos, Noceo te, adulor te, Græcorum imitatione. Plaut. Mil. Iura te non nociturum esse hominem de hac re neminem. Cæterum verba alia datiuo iungi solita, Græcisque cum Latinis communia, prætereo; cuiusmodi sunt verba tribuendi seu attribuendi, promittendi & minandi, credendi & diffidendi, obsequendi & repugnandi, appropinquandi, seruiendi & ministrandi, inuidendi, insidiandi, nuntiandi, conueniendi seu congruendi, suadendi & alia id genus. Itemque verbum εἰμὶ quod modo vnum, modo duos datiuos habet. τί γὰρ δεῖ με ζῆν, ᾗ πατὴρ ἦν μὲν ἄναξ Φρυγῶν ἁπάντων. Eurip. Quid enim me oportet viuere, cui pater erat rex omnium Phrygum? ἀλλ' ὅρα εἴ σοι βουλομένῳ εἴη ἃ λέγω. Plato. vide num tibi probentur, quæ dico. ἂν βουλομένοις ᾖ τούτοις ἀκούειν. siquidem hi audire voluerint. Demosth. Cum datiuo legitur Luc. 6. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς. Benefacite ijs, qui oderunt vos. sed id fortasse Hebræorum imitatione, seu latinorum factum est.

II. Datiuum habent verba pugnandi, sequendi,

quendi, adorandi, precandi, hortandi, iubendi, occurrendi, incidendi, adeundi, verſandi, vtendi, reprehendendi.

(Pugnandi & ſequendi.)

οὐ μάχομαί σοι. Ariſtoph. non pugno tecum. οὐκ ἄν μοι ἐρίσσειεν. Homer. non contendet mecum. αἰσχρῶς ἀκολουθοῦσιν ἑτέροις. Demoſth. turpiter ſequuntur alios. ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς ἕπεται γνώμη τε καὶ αἰδώς. Theog. viros bonos ſequitur mens & verecundia.

(Adorandi & precandi.)

προσκυνεῖν τῷ Θεῷ. Demoſth. adorare Deum. Θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. Idem. omnes Deos & Deas precor. Θεοῖς ἀρᾶται. Soph. precatur Deos.

(Hortandi, iubendi, & occurrendi.)

τῷ Νέστορι τὸ δέον παραινέσειας ἄν. Lucian. etiam Neſtorem officij admonere poſſes. τοῖς ἄλλοις παρεκελεύοντο. Xenoph. alios adhortabantur. φίλῳ ἐκέλευσεν ἑταίρῳ, Hom. mandauit fido ſocio. αὐτήσας σοι. Soph. cum tibi occurriſſet. λῃσταῖς περιέπεσε. Luc. 10. incidit in latrones. τῷ Θεῷ προσιόντας. S. Chryſ. ad Deum accedentes.

(Ver-

(Verſandi & vtendi.)

Mænand. σοφοῖς ὁμιλῶν κἀυτὸς ἐκβήσῃ σοφός: κακοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.

Si cum ſapientibus verſeris; ipſe quoque eris ſapiens:

Si cum malis verſeris; ipſe quoque malus eris.

ἐχρήσατο φιλανθρώπως πᾶσι. humaniter tractauit omnes. Iſocrat. μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, πῶς κέχρηται τοῖς προτέροις φίλοις, neminem tibi adiungas amicum; priuſquam exploraueris, quomodo prioribus amicis vſus ſit.

(Reprehendendi.)

Iſocrat. θυμουμένοις μὲν φίλοις εἴκειν δεῖ, πεπαυμένοις δὲ τῆς ὀργῆς ἐπιπλήττειν, iratis amicis cedendum eſt: ſedata ira, reprehendendi ſunt.

EXCEPTIONES.

1 Ex his verbis cohærent nonnulla, ſed minus frequenter, cum alijs caſibus. οὐδεὶς μέμφεται τὴν πόλιν. Demoſth. nullus reprehendit ciuitatem. παρακαλεῖν ἀλλήλους. Iſocr. hortari ſe mutuo. Reperitur etiam apud De-

Demosth. προσκυνεῖν τὸν Θεὸν, venerari Deũ. Et, θνητὸν ἄνδρα προσκυνεῖν. mortalem hominem adorare.

2 Verbum νικάω accusatiuum habet. νικῶ σε, vinco te. Lucian. Quamuis κρατῶ, vt supra diximus, etiam genitiuum habeat.

3 μιμέομαι, imitor, itidem cum accusatiuo copulatur, μιμεῖσθαι τὰς ἐκείνων πράξεις. Isocr. illorum res gestas imitari.

ANNOTAT.

Verba quæ hac secunda regula sumus complexi, iungunt Latini nonnunquam cum datiuo per hellenismum. Virg.

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.
Idem. Placitoue etiam pugnabis amori?
Lucret. Quid enim contendat hirundo cycnis?
& alias sæpe. Horatius præsertim in odis.

III. Multa verba datiuum habent, vi præpositionis ex qua componuntur: cuiusmodi præpositiones potissimum sunt, σὺν, ἀντὶ, ἐπὶ, παρὰ, πρὸς, ἐν, ὑπό. S. Chrysost. τῇ ἐσχάτῃ πενίᾳ συνέζη, in extrema paupertate degebat. Ad verbum, extremæ paupertati conuiuebat, συμπαίζειν τοῖς ἡλικιώταις, paribus colludere. τούτοις ἀντιλέγειν. Xenoph. his

his contradicens. ἐπιχειρεῖν τῷ ἔργῳ. Plutar. rem aggredi. τούτῳ παρέστης, huic astitisti. ἐπιγελᾶν τινι, προσγελᾶν, καὶ προσμειδιᾶν, alicui arridere. Quanquam ἐπιγελᾶν, est etiam irridere. Isocrat. ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα, misero ne illuseris. προσπίπτειν σοι νόμιζε ταύτην τὴν πόλιν. Demosth. existima hanc tibi ciuitatem accidere, ideſt, accidere ad genua. ἐμμένειν ταῖς συνθήκαις, manere dictis, pactis, stare promissis, passim apud Isocratem, ὑπῆλθε χρυσῷ, ὕδατι. Lucian. subijt aurum, aquam.

ANNOTAT.

Apud Latinos multa ex verbis neutris datiuum admittunt propter præpositiones ad, con, in, & his similes, vt docet Emmanuel. Hinc immori studijs, chartis impallescere, colludere paribus, concurrere armatis, & alia huius generis.

ACCVSATIVVS POST *Verbum*.

I. Plurima verba actionem significantia accusatiuo gaudent. ἀδικεῖν τοὺς φίλους, amicos iniuria afficere. πίνειν οἶνον, bibere vinũ. ἐσθίειν κρέα, edere carnes. Demosth. τοῦτο βασκαίνει, hoc reprehendit.

AN-

ANNOTAT.

1 *Nomine verborum actionem significantium intelligi volumus, non tantum verba actiua, sed etiam communia, deponentia & neutra. nam & hac interdum actionem significant, vt recte docet Emmanuel. nisi forte* φιλεῖν, *amare, magis sit actio quam* μάχεσθαι, *pugnare,* βιάζεσθαι, *vi adigere,* βύλεσθαι, *velle.*

2 Non est autem dictum in regula, omnia verba actionem significantia poscere accusatiuum, sed plurima: quia de omnibus id minime affirmari potest, nisi quis contendat nullum verbum ex ijs, quæ supra cum genitiuo & datiuo iungi diximus, significare actionem.

II. Apud Græcos non tantum actiuum, sed verbum etiam passiuum coniungi potest cum accusatiuo nominis à se deducti. δίκην δικάζω, iudicium iudico. δεῖπνον δειπνῶ, cænam cæno. ὕβριν ὑβρίζω, iniuriam facio. δῶρον ἐδώρησαν, Hesiod. donum donarunt. ἐπιτρέπω σοι ἐπιτροπήν, committo tibi curationem aliquam. ἐπιτρέπομαι ἐπιτροπήν, committitur mihi curatio aliqua. ὑβρίζομαι ὕβριν, iniuria aliqua afficior.

III. Interdum ponitur verbale in datiuo,

uo, χαρᾷ χαίρει, gaudio gaudet. ἁμαρτάνει ἁμαρτήματι, peccat peccato.

ANNOTAT.

Idem Latinis vsitatum est, si minus in passiuis, at certe in alijs. Hinc furere furorem, cantare cantilenam, viuere vitam, & alia huiusmodi. Quæ omnia ad Hebraismum fortasse referantur.

Licet ex ijs, quæ hactenus diximus, perspicuum sit multa verba cum casu diuerso copulari; hic tamen breuiter sigillatim quædam notanda sunt.

IV. Accusatiuum habent verba reuerendi, αἰσχύνομαι, σέβομαι, τιμῶ, αἰδέομαι: orandi, vt λιτανεύω, supplico, ἀντιβολῶ, oro, ἐκλιπαρῶ, ἀξιόω: ὑμᾶς αἰσχύνομαι λέγειν περὶ ἐκείνης φαῦλον. Demosth. reuereor, idest, pudet me apud vos de illa aliquid mali dicere. αἰδέομαι Τρῶας. Hom. reuereor Troianos. τίμα τὸ δαιμόνιον. Isocr. numen honora. ἀξιῶ ὑμᾶς. Demosth. rogo vos. ἀντιβολῶ τοὺς δικαστὰς, rogo iudices. ἱκετεύουσι τὰς γυναῖκας. Plutarch. supplicant mulieribus.

Prædictis adde verba miserendi, ἐλεῶ, οἰκτείρω, κατοικτείρω, οἰκτίζομαι, οἰκτείρω τὴν τύχην. Lucian. miseret me calamitatis. καί μ' ἐλέησε. Hom. & me miseratus est. ἐλέησόν

με

μι ὁ Θεὸς, miserere mei Deus. Psal. 50.

Εὔχομαι quum precari significat, datiuum recipit. εὔχομαι τῷ Θεῷ, oro Deum. Quando idem est quod vouere; accusatiuum poscit, εὔχομαι θυσίαν, voueo sacrificium; sæpe vtrumque coniungit. Xenoph. πολλὰ τοῖς θεοῖς εὐχομένην ἀγαθὰ ὑπὲρ σοῦ; multa tibi bona precantem à Dijs.

V. Multa verba habent accusatiuum per ellipsin alicuius præpositionis, ἀλγέω τὰν κεφαλάν, Theocrit. doleo caput, abest, κατά.

VERBA EADEM IN CASV diuerso.

ADMONITIO.

Licet ex ijs, quæ hactenus diximus, perspicuum sit multa verba cum casu diuerso copulari; hic tamen breuiter sigillatim quædam notanda sunt.

I. Verba memoriæ & obliuionis modò genitiuum, modò accusatiuum habent, vt apud Latinos. τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων οὐχὶ μέμνηται. Demosth. rerum à me gestarum non meminit. μνῆσαι πατρὸς σεῖο. Hom. memento

to patris tui. μέμνημαι τόδε ἔργον ἐγώ. Hom. memini hoc factum. ὅταν τὰς λύπας ἀναμνησθῶμεν. Isocrat. quando recordamur molestias. ἀναμνησθέντες φοβερῦ τινος ὠχριάσαμεν, recordati alicuius rei formidandæ expallescimus. οὐκ ἀμνημονῶν οὐτ' ἐκείνων. Isocrat. neque illorum immemor. οὔτε ἀμνημονεῖ τοὺς λόγους οὔτε τὰς ὑποσχέσεις. Demosth. neque obliuiscitur sermones, neque promissa. τοῦδ' οὐκ ἐπιλήσομαι. Homer. huius non obliuiscar. εἴ τίς τι ἐπιλελησμένος εἴη. Xenoph. si quis quid oblitus esset.

II. Verbum ἀπολαύω, fruor seu potior, modo genitiuum, modò accusatiuum poscit. Plato, καὶ μέν τοι καὶ τούτων ἀπέλαυον, & sane his quoque potitus sum. ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' αὐτοῦ οὐδὲν πώποτε. Aristoph. nihil boni vnquam ab eo accepi.

III. Huc præter verba sensuum, & alia, de quibus passim supra, spectant etiam hæc. ὄζω μύρου. Aristoph. oleo vnguentum. ἔπι γλυφαίοιο ποτίσδον. sculpturam olens. & ὄζω μύρον, πνέει θυμὸν, καὶ πνέει θυμοῦ, spirat iram. ἐμποδίζω σε, καὶ σοί, impedio te; & sic

& sic de alijs. πειράζω σε, καὶ σοῦ, tento te. ἐπειδὴ τάχιστα συνῆκε τοῦ κρείττονος. Lucian. simul atque intellexit quod erat melius. συνεὶς Βροῦτος τὸ πεπραγμένον. Plutar. cùm Brutus intellexisset, quod factum erat.

IV. Genitiuum, datiuum, & accusatiuum habet μέμφομαι, reprehendo. ὧν οὐδεὶς ἐμέμψατο. Thucyd. quæ nemo vituperauit. Exempla datiui & accusatiui attulimus supra.

V. Quædam verba diuersis casibus iuncta mutant significationem, πατρὶ τιμωρῶν. Herod. illatam patri iniuriam vindicans. τιμωρεῖσθαι λῃστάς. Demosth. punire latrones. δεῖ τῷ Θεῷ θαῤῥεῖν. Theodor. oportet Deo confidere. οὔτε ὁ Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτους, Demosth. neque Philippus audebat hos aggredi. ἐκδικῶ σοι, iniuriam tibi factam vlciscor. ἐκδικῶ σε, punio te, ἀμύνονται σφίσιν αὐτοῖς. Thucyd. defendunt seipsos. ἠμύνατο τοὺ[illegible]-λεμίους. Plutarc. propulsabat hostes. διαφέρει αὐτοῦ, differt ab ipso, vel antecellit ei. διαφέρει αὐτῷ, eius interest.

DE CONSTRVCTIONE transitiua Verborum, quæ plures simul habent casus.

Caput Vndecimum.

ADMONITIO.

Tradidimus hactenus præcepta de verbis, quæ vel vnum casum habent, vel etiam diuersos, sed non simul iunctos, neque se mutuo in oratione sequentes. Restat vt nunc paucas præceptiones præscribamus de verbis, quæ casus simul iunctos & ex se mutuo nexos admittunt.

GENITIVVS CVM Accusatiuo.



Erba accusandi, absoluendi, damnandi præter accusatiuum admittunt genitiuum, qui pœnam crimenve certum aut incertum significet, ἐγὼ γὰρ Αἰσχίνην οὐδενὸς αἰτιῶμαι τῶν ἐν πολέμῳ πεπραχθέντων. Demosth. ego enim

enim Aeschinem nullius eorum accuso, quæ in bello gesta sunt.

καταγινώσκω σε φόνε, Lys. condemno te cædis. γράφομαί τινα μοιχείας. Lucian. accuso aliquem adulterij. ἀφίημί σε τῶν ἐγκλημάτων. Demosth. absoluo te criminibus. τοὺς καταιτιαθέντας ἀπολύσαντες τῆς ἐπενεχθείσης αὐτοῖς διαβολῆς. Polyb. accusatos liberarunt impacto crimine. ἀφίεμέν σε τῆς αἰτίας. Lucian. absoluimus te crimine.

EXCEPTIONES.

1 Accusatiuum personæ mutant aliquando Græci in genitiuum, & genitiuum rei vel criminis in accusatiuum, κατηγορῶ πολλὴν ἄνοιαν αὐτῦ. Lucia. accuso multam eius imprudentiam. sic καταγινώσκω σε ἀμαθίαν, ἢ κακίαν, condemno tuam inscitiam, vel malitiam. τὸ μὲν τελευτῆσαι πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε. Isocrat. fatum decreuit omnibus mortem. πάνθ' ἃ τῶν ἄλλων κατηγορεῖ, αὐτὸς ἐποίησε. Demosth. omnia illa fecit, in quibus alios accusat.

2 Interdum ponitur in genitiuo cùm per-

persona, tùm crimen. κατηγορῶ σου ἁπάντων τῶν πετλάρων. Aesch. accuso te de omnibus quatuor. εἰ μὲν οὖν παρανόμων, ἢ παραπρεσβείας, ἢ τινος ἄλλης τοιαύτης αἰτίας ἔμελλον αὐτοῦ κατηγορεῖν. Demosth. quod si vel violatarum legum, vel falsæ legationis, vel alterius id genus cuiuspiam criminis illum accusaturus essem.

3 Aliquando ponitur tum persona, tum crimen in accusatiuo, αἰτιῶμαί σε τόδε. Demosth. accuso te huius.

4 In quibusdam effertur persona in datiuo, ἐγκαλῶ σοι τούτου, vel τοῦτο. Demosth. accuso te huius criminis. μηδὲν ἐγκαλεῖτε αὐτῷ. Idem. nihil illum accusatis.

5 Aliquando additur præpositio manente vel mutato genitiuo. διώκω σε περὶ θανάτου, Xenoph. accuso te de capite. τοῦτον προφυγάδευσαν ἔλεγον ἁλόντα ἐπὶ στάσεσι, καὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασι, pro στάσεων καὶ πολλῶν ἁμαρτημάτων. Herodot. hunc in exiliũ actum dicebāt de seditionibus multisque criminibus conuictum. ἀφίεσθαι ὑπό τινος καὶ ἀπαλλάττεσθαι. Demost. absolui ab aliquo & crimine liberari.

6 Genitiuus criminis transit aliquando eleganter in participium. Demosth. ἀσεβῶν ὄντως ἑάλωκε, pro ἀσεβείας. impietatis damnatus est. sic ἑάλω κλέπτων, pro ἑάλω κλοπῆς, in furto deprehensus est.

7 Verba æstimandi, vendendi, emendi, permutandi, implendi, priuandi, liberandi, arcendi, satiandi, & horum similia, præter genitiuum, etiam accusatiuum habent: quod in multis fit propter ellipsin particulæ ἕνεκα, vel χάριν, vel præpositionis διὰ, vel propter præpositionem, cum qua componuntur.

(Aestimandi.)

ἔστι τοίνυν ὑμῖν νυνὶ σκεπτέον, εἰ τοσούτου τιμᾶσθε τὴν πολιτείαν, καὶ τοὺς κειμένους νόμους. Demosth. vobis itaque considerandum est, vtrum tanti faciatis Rempublicam, legesque latas. πολλοῦ τὴν ἡμετέραν τιμώμενος φιλίαν. S. Chrysost. magni nostram amicitiam æstimans. μείζονος δῶρα αὐτὰ τιμῶνται οἱ λαμβάνοντες. Xenoph. dona illa pluris æstimant qui accipiunt.

(Ven-

(Vendendi, & emendi.)

πόσου τοῦτον ἀποκηρύττεις; δέκα μνῶν. Lucia. quanti istum indicas? Decem minis. πρίασθαι ταλάντου ἐπιστάτην. Xenoph. talento emere præfectum. οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν. Demosth. non emo decies mille drachmis pœnitentiam. πολλοὶ σύμπασαν ἀρετὴν καὶ εὐδαιμονίαν ὀλίγου πωλοῦσι. Isocrat. Multi omnem virtutem & felicitatem paruo vendunt. sic δέομαί σου τοῦτο Aristoph. hoc abs te peto. ἀπέλαυσ' αὐτοῦ ἀγαθὸν οὐδέν, Idē, nihil boni ab illo accepi.

(Permutandi & alia.)

Homer. τὰ χρύσεα ἄμειβε χρύσεα χαλκείων, arma permutauit aurea æreis. ἀλλάττειν χρυσοῦ ἀργύρειον, permutare auro argentum. ἀναμιμνήσκειν ὑμᾶς τῶν γενομένων κακῶν. Andocides. admonere vos præteritorum malorum. εὐδαιμονήσας Φίλιππον τῆς τύχης, idest, ἕνεκα, Demosth. Philippum ob fortunam beatum prædicans. προτιμᾶν τὴν δικαιοσύνην τῆς βασιλείας. Plutarch. Iustitiam regno præferre.

ANNOTAT.

1 *Verba, magnifacere, plurisfacere, nihili facere, fere circumloquuntur Græci cum genitiuo, addita præpositione,* περὶ. περὶ πλείονος ποίει δόξαν καλὴν, ἢ πλοῦτον μέγαν, *Isocr. pluris fac gloriam quàm magnas opes.* τοὺς νοῦν ἔχοντας περὶ πολλοῦ ποιοῦ καὶ θεράπευε. *Isocrat. sapientes magnifacito & cole.* περὶ ὀλίγου ποιεῖν, *paruifacere.* περὶ οὐδενὸς ποιεῖν, *nihili facere.* περὶ πλείστου, *maximi.* περὶ πολλοῦ ἂν ἐποιησάμην, *Isocrat. magnifacerem.*

2 *Sunt porrò nonnulli, qui proprias regulas præscribant de verbis, & genitiuum & accusatiuum, vel genitiuum & datiuum habentibus, & rursus alias de verbis, quæ accusatiuum & genitiuum postulant, vel datiuum & genitiuum, quasi verò non sit eadem constructio, si dicam,* δέομαί σου τοῦτο, τοῦτο δέομαί σου, δέομαι τοῦτό σου. *Vel* οὐ μέλει μοι Γύγαο, *vel* οὐ μοι μέλει Γύγαο, *non est mihi cura Gyges.*

GENITIVVS CVM DATIVO.

I. Multa verba genitiuum & datiuum postulant. ἵνα δὲ μετέχῃ τῶν πραγμάτων αὐτοῖς. Plato, vt cum ipsis factorum parti-

ceps

ceps esset. τὸ βαρὺς μεταδιδόναι τοῖς φίλοις δεῖ. Xenoph. molestiam cum amicis communicare oportet. οὔ μοι μέλει Γύγαο. Anacreon. non est mihi curæ Gyges. ἀμφισβητῶ σοι τοῦ χωρίου. Plutarch. contendo tecum de prædio. εἴπη μέλει τῶν ἀνθρώπων τοῖς θεοῖς. Demosth. si qua Dijs rerum humanarum cura est. διαφέρει μοι τούτου. Plato, hoc mea interest.

ANNOTAT.

Dicimus etiam, διαφέρει μοι τοῦτο, *hoc mea interest.* τί σοι τοῦτο διαφέρει; *Plato, quid hoc tua refert?* ᾧ ἐκείνους σωθῆναι μάλιστα διέφερεν. *Demosth. cuius multum intererat, vt illi seruarentur.*

DATIVVS CVM ACCVSATIVO.

I. Verba dandi, reddendi, committendi, promittendi, vt apud Latinos, ita apud Græcos datiuum cum accusatiuo poscunt. Neque opus est exemplis.

II. Verba anteponendi & postponendi fere præter accusatiuum genitiuum habent, propter præpositiones, vt προτιμᾶν, προαιρεῖσθαι, προτάττειν, προκρίνειν, anteponere,

præferre. τὸν ἐπιεικῆ προτιμᾷν τοῦ πλουσίου. Plutarch. virum modestum præferre diuiti.

ANNOTAT.

Alia multa verba datiuum cum accusatiuo, vel hunc cum illo habent, quæ usu & lectione notabis. Neque enim omnia regulis comprehendi possunt. συνειδὼς αὑτῷ πολλὰ καὶ πονηρά. *Xenoph. qui multorum sibi malorum conscius est.* διαλλάττει τὰς πόλεις ἀλλήλαις. *Plutarch. conciliat inter se ciuitates. Atque eadem erit Sintaxis si dicas:* διαλλάττει ἀλλήλαις τὰς πόλεις, *vel* ἀλλήλαις διαλλάττει τὰς πόλεις.

III. Nonnunquam ponitur accusatiuus cum datiuo per ellipsin præpositionis κατὰ, vel διὰ, vel alterius. Xenoph. τοῖς φίλοις τὰ δίκαια βοηθεῖν, amicis subuenire in rebus iustis.

GEMINI CASVS
cum eodem verbo.

I. Quædam verba geminum habent genitiuum, κατηγορῶ σου ἁπάντων τεττάρων. Aeschin. Accuso te de omnibus quatuor rebus.

II. Quæ-

Quædam geminum datiuum petunt. σαυτῷ συνῄδεις ἀδικοῦντι. Demosth. conscius tibi eras te iniuste facere.

III. Alia duplici accusatiuo gaudent: cuiusmodi sunt verba cælandi, docendi, rogandi, monendi, petendi, vestiendi. τὴν θυγατέρα ἔκρυπτε θάνατον τοῦ ἀνδρός. Lys. celauit filiam mortem viri. διδάσκω σε γραμματικήν, doceo te Grammaticam. χθὲς τὰ αὐτά με ἤρετο. Lucian. fere eadem me interrogauit. ἀναμνήσω ὑμᾶς τὰ τούτῳ πεπραγμένα. Plato, admonebo vos rerum ab isto gestarum. ὑπομνῆσαι τοὺς χρόνους ὑμᾶς καὶ τὸν καιρὸν ἀνάγκη. Demosth. necesse est admonere vos temporum illorum & occasionis. τέλη τοὺς παραπλέοντας ἐξέλεγον. Aeschin. tributa à præternauigantibus exigebant. ἀποδῦσαι τινὰ τὰ ἔντεα, Homer. exuere aliquem armis. ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, Matth. 27. exuerunt eum chlamyde seu chlamydem, & induerunt eum vestimentis seu vestimenta sua. ἐνδὺς τὸν χιτῶνα. Xenoph. induens tunicam, & ἐνδεδυμένοι χιτωνίσκους.

Plu-

Plutarch. paruis tunicis, ſiue induſijs induti.

ANNOTAT.

1 Nam Sacer interpres Græcam conſtructionem retinuit, quæ tamen apud hiſtoricos & poëtas Latinos non omnino eſt inuſitata. Ouid. Si quidem Cybeleius Atys Exuit hanc hominem, truncoque induruit illo.

2 *Dicimus etiam* ἀποστερῶ σε τὰ χρήματα καὶ τῶν χρημάτων. *priuo te pecunijs. Et ſic de cæteris priuandi verbis.* ποτίζω σε γάλα καὶ γάλακτος *Propino tibi lac. Reliqua vſus docebit.*

DE VERBIS IMPERSONALIBVS.

Caput Duodecimum.

I. IMperſonalia fere ſequuntur conſtructionem ſuorum perſonalium, & interdum quidem genitiuum habent, δεῖ δὴ χρημάτων. Demoſth. opus eſt pecunijs. ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί χρὴ φίλων; Eurip. quid opus eſt amicis, ſi Deus res ſecũdas mittat?

II. Interdum habent genitiuum, & datiuum

tiuuum simul. μέλει μοι τούτου, hoc est mihi curæ. οὐδὲν δεῖ μοι πολέμου καὶ μάχης, non opus est mihi bello & pugna. διαφέρει μοι τούτου. Plato, hoc meà refert. μεταμέλει τῆς ἁμαρτίας, pœnitet me peccati. Res accusatiuo effertur. Aristoph. οἴομαι δέ σοι ταῦτα μεταμελήσειν, puto fore vt te horum pœniteat.

III. Quædam tantum datiuum recipiunt. προσήκει μοι τοῦτο. Demosth. hoc me decet. συμφέρει τῇ πόλει. conducit ciuitati. Verum προσήκει genitiuum quoque præter datiuum admittit. Plato. καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν οὐ μόνον γεωργίας προσήκει, ἀλλὰ καὶ στρατηγίας οὐχ ἧττον. Mensium & annorum rationem tenere non minus ad Imperatoriam artem pertinet, quàm ad agriculturam.

IV. Coniunguntur etiam cum infinitis tum actiua, tum passiua Impersonalia, more Latinorum. φιλεῖ γίνεσθαι, solet fieri. δεῖ μανθάνειν, oportet discere. ἀρέσκει μοι παίζειν, placet mihi ludere. Plato 7. de Rep. ἀμετάστατα φιλεῖ γίγνεσθαι, mutari non solent.

DE CONSTRVCTIONE Verbi Passiui.

Caput XIII.

I. VErbum passiuum postulat genitiuum cum præpositione ὑπὸ, παρὰ, πρὸς. ἐξηπάτησθε μὲν ὑμεῖς ὑπὸ Φιλίππου. Demosthen. decepti estis à Philippo. πρὸς Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων τὰ εἰκότα τετίμηται. Lucian. à Deo & hominibus honore debito affectus est, τὰ παρὰ τῆς βουλῆς ὁμολογηθέντα. Halicar. concessa à Senatu. συμαίνεσθαί τι παρὰ τοῦ Θεοῦ, Xenoph. significari aliquid à Deo.

II. Græci sæpe verbis neutris & alijs, quamuis absolutis, pro passiuis vtuntur, eandemque constructionem illis tribuunt, τηνικαῦτα τηλικαύτῃ καὶ τοιαύτῃ συμφορᾷ περιπέπτωκεν ὑπὸ τούτου. Demosth. tunc in tantam atque talem calamitatem propter istum incidit. ἀπέθανεν ὑπὸ τῆς γυναικὸς φαρμάκῳ.

Lu-

Lucian. interfectus est ab vxore veneno. ἐφ' οἷς δικαίως ἂν ἀποθάνοις ὑπὸ τῶν δικαστῶν. Demosth. propter quæ meritò à iudicibus occidaris. ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο, 1. ad Corinth. 10. perierunt à serpentibus. ὑπὸ τοῦ δίσκου ἀπώλετο, Lucian. perijt à disco.

ANNOTAT.

1 *Plura exempla adfert Budæus, qui etiam notat Latinos hoc genus dicendi esse imitatos. Terent. Herus, quantum video ab vxore, excidit, ἐκπέπτωκε, idest, eiectus & exactus est. Cicer. Nihil esse valentius, à quo intereat. Plin. perijt ab Hannibale.*

2 *Solent autem Græci sæpe verbis actiuæ vocis in passiua significatione vti: vt mirum non sit, si illis quoque passiuam constructionem tribuant: ἀπαλλάττω, liberor: ἀπαλλάττω ὑπὸ σοῦ: ἀναλαμβάνω, recreor: ἀνακάμπτω, reflector: ῥίπτω, iactor: ἀσκῶ, exerceor: κρύπτω, occultor: & alia multa.*

III. Passiua interdum datiuum habent, ablata præpositione, πέπρακταί ἐμοί, λέλεκται, ἔγνωσταί μοι, pro, ὑπ' ἐμοῦ, factum est mihi,

mihi, decretum est mihi, pro à me. Thucyd. ἐπεράσσετο αὐτῷ οὐδέν. Nihil ab illo conficiebatur.

IV. Passiua eundem accusatiuum, immo alios ferè omnes casus suorum actiuorum retinent. ἐγχειρίζω σοι ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν, committo tibi hác curam. ἐγχειρίζομαι ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν. committitur mihi hæc cura. κρίνεται, κατηγορεῖται κλοπῆς, accusatur furti. ἀπεστέρηται χρημάτων, γεγύμνωται τῆς ἐσθῆτος, priuatus est pecunia, nudatus vestibus. Gregor. Nazianz. καὶ μέρος οὐκ ὀλίγον ἐγχειρίζεται τῆς οἰκουμένης, non exigua pars orbis terrarum eius imperio committitur.

DE CONSTRVCTIONE communi omnium Verborum.

Cap. XIV.

Datiuus communis cum præpositione.

I. PRopria pagorum, castellorum, vrbium, & cætera omnia nomina iunguntur datiuo cum præpositione ἐν, post quoduis verbum,

bum, si interrogatio fiat per aduerbium ποῦ, vbi. διέτριψεν ὀλίγον χρόνον ἐν Ῥώμῃ. Herodian. Exiguo tempore moratus est Romæ. τῷ παιδὶ τάφον ἐχωσάμην ἐν Ἀμύκλαις. Lucian. Puero tumulum fodi Amyclis. π. ἐστι; vbi est? ἐν ἀγρῷ, in agro, ruri, vel ri . ἐν πόλει, in vrbe. ἐν ἀγορᾷ, in foro. ἐν . . ῷ. in cælo.

II. Nomina vrbium, & aliorum locorum, interdum copulantur cum aduerbio. ποῦ ἐστιν; Vbi est? οἴκοι, domi, Ἀθήνησι, Athenis.

III. Interdum omittitur præpositio. Thucydid. στήλας [illegible] στῆσαι Ὀλυμπίασι καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμῷ, columnas esse erigendas Olympiæ apud Pytho & Isthmum.

IV. Si interrogatio fiat per aduerbium ποῖ, quo? vtendum est accusatiuo cum præpositione εἰς, vel ἐς, & hoc quotiescunque motus ad locum significatur nomine proprio, siue appellatiuo. ἦλθον καὶ αὐτοὶ εἰς Ἀθήνας. Thucydid. venerunt ipsi quoque Athenas. ἀφικνοῦμαι εἰς Ῥώμην, venio Romam.

V. Ac-

V. Accuſatiuus mutatur nonnunquam in aduerbium : ἀφικνοῦμαι ἀθήναζε, venio Athenas.

VI. Interdum omittitur præpoſitio. Homer. ἐπειδὴ νῆας τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο, poſtquam ad naues & Helleſpontum venerunt: πόλεμόν δ' ἴον, iuit in militiam. Homer. quamquã hic potius pro aduerbio ponitur.

ANNOTAT.

Ergo apud Homerum verba ἱκάνω, ἥκω, ἵκω, venio, motum ad locum ſignificantia paſſim copulantur cum accuſandi caſu, omiſſa præpoſitione εἰς, vel ἐς, vel harum ſimili. Iliad. 2. ἀϋτὴ δ' οὐρανὸν ἷκεν. clamor autem in cælum venit. ibid. αἴγλη οὐρανὸν ἷκεν. Splendor in cælum venit. Simile eſt illud Virgilianum: Deuenere locos. Et, Speluncam conueniunt eandem, pro, in ſpeluncam.

GENITIVVS COMMVNIS cum præpoſitione.

I. Si interrogatio fiat per aduerbium πόθεν, vnde, genitiuo reſpondendum eſt cum præpoſitione ἐκ vel ἐξ, idque quando motus à loco ſignificatur. ἐκ Ῥώμης, Roma: ἐξ ἀγροῦ ἐπανέρχομαι, rure redeo.

II. No-

II. Nomina locorum, per quæ motus fieri significatur, cohærent genitiuo cum præpositione διὰ: διὰ τῆς θαλάττης, per mare: διὰ τῆς Ἑλλάδος, per Græciam.

III. Genitiuus mutatur nonnunquam in aduerbium, ἀθήνηθεν, Athenis, οἴκοθεν, domo, ἀγρόθεν, ex agro.

CONSTRVCTIO TEMPORIS.

I. Tempus accusatiuo efferimus, si interrogatio fiat per πόσον χρόνον; quanto tempore, seu quandiu quod fit quotiescunque tempus continuatum significamus. Demosth. οἱ χρηστοὶ πρέσβεις οὗτοι καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας. boni isti Legati tres ipsos menses in Macedonia consederunt.

II. Aliquando additur accusatiuo præpositio: ἐπί τινας ἡμέρας ἡσυχίαν εἶχον. Diod. Per aliquot dies quieuerunt.

III. Sæpe effertur tempus genitiuo. Lucian. πέντε ὅλων ἐτῶν λαλεῖν οὐδὲν Quinque ipsis annis nihil loqui. πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἑώρακα χρόνου. Aristoph. longo enim illos interuallo non vidi.

IV. Interdum adhibetur datiuus. Σεβῆρος ἐβασίλευσεν ὀκτωκαίδεκα ἔτεσι. Herodian. Seuerus duodeviginti regnauit annis. εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀποδημήσας, viginti ipsis annis peregrinatus.

V. Habet hic datiuus nonnunquam præpositionem, παμπλείστοις ἐν ἔτεσιν, plurimis annis. Thudyd. ἐν τοσῷδε χρόνῳ, tam breui.

VI. Quod si interrogatio fiat per aduerbium πότε, Quando, genitiuo respondebimus. κοιμήσομαι τῆς νυκτός. Lucian. dormiam noctu. μέτριον ἐ μακροῦ χρόνου. Sophocl. aderit non longo post tempore. νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργάζεται, laborat dies ac noctes.

VII. Adhibetur non raro datiuus. τῇ αὐτῇ δὲ ἡμέρᾳ αὐτοῖς ξυνέβη. Thucyd. eadem autem die ipsis accidit. ὑστέρῳ χρόνῳ ἐπὶ Τροίαν ἐστράτευσαν. Thucyd. posteriore tempore expeditionem contra Troiam susceperunt.

VIII. Aliquando vtuntur scriptores accusatiuo, vt in hac Aristotelis quæstione vides. διὰ τί τὸν μὲν χειμῶνα πρωῒ ἀπὸ τῆς ἕω πνεύματα πνεῖ, τὸ δὲ θέρος δείλης καὶ ἀπὸ δυσμῶν, quare hyeme quidem venti ab oriente spirant

rant mane; æstate vero circa crepusculum, seu vesperi ab occidente. In qua sententia posuit χειμῶνα & θέρος in accusandi casu, δείλης vero in genitiuo. κατέπλδυσαν δεῦρο βίτον ἔτος. Demosthen. Nauigarunt huc ab hinc tribus annis.

ANNOTAT.

Videtur subintelligenda esse præpositio κτ, cum ad πότε respondetur per accusatiuum, κτ τὸν χειμῶνα, κτ τὸν χρόνον. Nam interdum exprimitur præpositio, ἐν μηνὶ τῷ ἕκτῳ, in mense sexto, Luc. 1. ἐν χρόνῳ τῷ τέλοις. Nazianz. in extremo temporis articulo. & passim alias. Putant aliqui etiam in illis, νυκτὸς, noctu. ἑσπέρας, vesperi. μεσημβρίας, meridie. νυκτῶν μέσων, media nocte. subintelligi præpositionem ἐπί.

GENITIVVS ABSOLVTVS.

I. Quæ Latini ablatiuo absoluto enunciant, hæc efferunt Græci genitiuo. Hom. οὔ τις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο, nullus me viuente superque terram vidente. γινομένης ἐκκλησίας, Demost. cōuocata concione. τοσούτων ὄντων καὶ τῶν ἰδιωτῶν καὶ τῶν ἀρχόντων. Isocrat. Cum tot sint priuati & magistratus.

II. Aliquando videtur loco genitiui poni datiuus absolute. περιόντι τῷ ἐνιαυτῷ φαίνεσι πάλιν φρουρὰν Xenoph. Anno præterlapso rursus custodiam decernunt. Nisi sit datiuus temporis.

III. Aliquando loco genitiui ponitur accusatiuus absolute, ὡς δὴ ἀκίνδυνον αὐτοῖς τὸ ἔργον ἐσόμενον pro, ὡς ἀκινδύνου αὐτοῖς τοῦ ἔργου ἐσομένου. Halicar. quasi res illis sine periculo esset futura. ὥσπερ οὐκ αὐτῷ χώραν τινὰ οὖσαν. Aristoph. quasi ei non esset aliqua regio, seu aliquis locus.

ANNOTAT.

Plerumque addi solet ὡς *vel* ὥσπερ, *cum accusatiuus pro genitiuo absolute adhibetur. Aristot.* ὡς οὐχ ὁμοίως φύσει τῆς διαλέκτου οὔσης καὶ τῆς φωνῆς ἀλλ' ἐνδεχόμενον πλαττέσθαι, *quasi non similis sint natura sermo & vox, sed fingi ac formari ea contingat.* ἐνδεχομένου, *dicendum fuit.*

IV. Attici frequenter pro genitiuo absoluto vsurpant solum participium neutri generis, numeri singularis in nominãdi vel accusandi casu. δόξαν δ' ἡμῖν ταῦτα, ἐπορευόμεθα.

Plato,

Plato, cùm hæc nobis visa & decreta essent, ibamus. γεγραμμένον διαῤῥήδην ἐν τῇ συγγραφῇ. Demosth. cùm scriptum esset in syngrapha. Sic μικροῦ δεῆσαν, pro, δεήσαντος. cum parum abfuisset, ἐξὸν αὐτῷ, cum illi liceret. ἐξὸν φυγεῖν, μὴ ζήτει δίκην, Plutarch. cum licet fugere, ne quære iudiciũ: ἀκουσθὲν αὐτῷ, cùm iam audisset, δόξαν ἐμοὶ γράψαι, cum scribere statuissem, & eiusdẽ generis multa.

V. Interdum ponitur solum participium, reliquis casibus suppressis, ἐλθόντων δὲ, venie͂tibus vero, subaudi, ἀνθρώπων, hominibus.

DATIVVS INSTRVMENTI, Causæ, Modi, Actionis.

I. Quæuis verba admittunt datiuum significantem instrumentum aut causam, propter quam aliquid fit, aut modum, quo aliquid fit, κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖν, cribro haurire aquam, δόρατι διαπεῖραι, hasta confodere, ξίφει κτείνειν, gladio occidere. προνοίᾳ πλεῖστα κατορθοῦνται. Tuchyd. Plurima bene geruntur prouidentia. ὄμμασιν ἀμβλώσσει, Nicand. cæcutit oculis.

II. Vt apud Latinos nonnunquam additur præpositio cum; ita apud Græcos σὺν: σὺν πολλῇ σπουδῇ, magna cum diligentia.

Accusatiuus communis spatij.

I. Accusatiuum spatij vel mensuræ admittunt pleraque verba, ποταμὸς ἀπεῖχε τῆς πόλεως, σημεῖα ἑκκαίδεκα. Herodian. fluuius ab vrbe aberat sexdecim milliaria. ἀπέχει δὲ ἡ πλατεῖα τῶν Θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα. Thucyd. abest platæa Thebis septuaginta stadia.

II. Spatium vel mensura exigit nonnunquam Datiuum, διέχει ὁδῷ ἡμερῶν εἴκοσι, abest via viginti dierum.

DE CONSTRVCTIONE modorum, præsertim infinitiui.

Caput XV.

ADMONITIO.

Cùm suæ cuique linguæ sint certa loquendi formulæ, natiuique modi, quibus ab alijs secernitur; fit, vt multa eleganter dicantur Græce, quæ non nisi inepte dicerentur Latine; quod cùm in alijs passim, tùm vero maxime in modis verborũ contingit, vt ex sequentibus exemplis planum fiet.

Græci

I. GRæci per indicatiuum multa efferunt, quæ nos per coniunctiuum. Arist. ἡ δὲ κάμηλος πίνει ἥδιον, θολερὸν καὶ παχὺ, οὐδ' ἀπὸ τῶν ποταμῶν πρότερον ἢ συνταράξει, camelus vero suauius bibit aquam turbidam & crassam, neque prius è fluuijs bibit, quàm conturbet seu conturbauerit. παρ' ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς μισθοφορεῖ, ὅστις μὴ ἱκανός ἐστιν ἴσα ποιεῖν ἐμοί: Xenoph. apud me nullus stipendia facit, qui non idoneus sit eadem atque ego facere. οὐδὲν γὰρ οὕτω βραχὺ ὅπλον ἑκάτεροι εἶχον, ᾧ οὐκ ἐξικνοῦντο ἀλλήλων, Xenoph. nullum enim telum tam breue habuerunt, quo se mutuo non sauciarent.

ANNOTAT.

Plura exempla adfert Budæus. Et certe insignis est hæc lingua Græca à Latina discrepantia. Quam enim malè dices latinè; Nescio num venit, num fecit. Nescio vtrum ipse est, vtrum ipse me percussit, tam bene dices Græcè; ἀγνοῶ εἰ ἦλθεν. οὐκ οἶδα εἰ ἐλήλυθεν. οὐκ οἶδα, εἰ πεποίηκεν, οὐκ οἶδα εἰ αὐτὸς ἔτυψέ με, εἰ ἐπόρθη ὑπ' αὐτοῦ. *Dubito num venturus sit,* ἀμφισβητῶ πότερον

 ἥξει,

ἤξει, ἢ ἤξεται. Aristot. ἐπεὶ οὐκ ἔχουσι μόρια, οἷς περιλήψονται, αὐτὶ τούτων τῇ ὑγρότητι χρῶνται τοῦ σώματος, cum non habeant partes, quibus se complectantur (ad verbum, complectuntur vel complectentur) harum loco vtuntur humiditate corporis. Latine dicendum est; Nescio quid fecerit. Græcus dicet; οὐκ οἶδα τί πεποίηκεν, ἢ ἐποίησε. Seduli porro præceptoris erit in explicatione librorum, & has & alias Græcorum proprias loquendi formas iuuentuti diligenter demonstrare; vt cùm Græce scribendum & loquendum est; id non tantum faciant Græcis vocabulis, sed etiã Græco more. Quo modo vero Græci indicatiuo vtantur, cum particula δυνητικῇ, ἂν, dictum est iam in primo libro, & infra cùm de coniunctionibus præcipiemus, breuiter iterabitur.

II. Sæpe Græci per enallagen indicatiuũ pro optatiuo ponunt. οὐ γὰρ ἐζήτουν οἱ Ἀθηναῖοι οὔτε ῥήτορα οὔτε στρατηγὸν δι' ὅτου δουλεύσουσιν εὐτυχῶς· ἀλλ' οὔτε ζῆν ἠξίουν, εἰ μὴ μετ' ἐλευθερίας αὐτοῖς ἐξέσται τοῦτο ποιεῖν. Demosth. non enim quærebant Athenienses Rhetorem vel Ducem, per quem feliciter seruirent, sed neque viuere quidem volebant, si id illis cum liber-

libertate non liceret, pro, δουλεύοιεν καὶ ἐξείοιτο. Idem, χρῆν δὲ σιτοπομπείαν ὅπως κομισθήσεται, περιιδεῖν, oportebat vero videre, quomodo frumentum conueheretur.

IMPERATIVVS.

I. Imperatiuus postulat vocatiuum apud Græcos & Latinos. Est tamen quando Græci cum nominatiuo illum iungant. Lucian. σὺ ὁ Πυθαγορικὸς κατάβηθι, καὶ πάρεχε σεαυτὸν ἀναθεωρεῖν, Heus tu vita Pythagorica descende, & te spectandam præbe.

II. Vtuntur interdum aoristo imperatiui pro futuro indicatiui. Menand. οἶδ' ὅτι ποίησον, pro, ποιήσεις, scio te facturnm. Eurip. οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; pro, δράσεις, scis, quid facturus sis?

OPTATIVVS.

I. Græci libenter vsurpant optatiuum præcedentibus particulis ὅτι, ὥσπερ, ὃς, ὅσοι, ὅτε, & ὡς. ὡς εἴ τις ζητήσας καρπὸν πολὺν παρὰ τῆς Δήμητρος, εἶτα τυχὼν, ἄχθοιτο τῇ φορᾷ, Liban. vt si quis copiosum fructum à Cerere petisset, post vbi impetrasset, prouentui indignaretur.

II. Aliquando præponitur illi aduerbium optandi, εἴθε, aliquando omittitur, Synes. κακῶς ὁ δεῦρό με κομίσας ἀπόλοιτο ναύκληρος, malè pereat nauta, qui me huc aduexit. Theocr. εἴθε γενοίμην ἡ βομβεῦσα μέλισσα, καὶ εἰς τὸ σὸν ἄντρον ἱκοίμην. vtinam fierem apis strepera, tuumque in antrum venirem.

III. Optatiuus sæpe adhibetur pro indicatiuo. Porro Atticorum proprium est optatiuis vti, vbi natura ad Indicatiuum ferebat, vt ait Budæus. ἔλεγες γὰρ ὅτι Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν αἰδῶ πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις. Plato. dixisti enim à Ioue iustitiam ac verecundiam hominibus missam. οἱ δ' Ἰνδοὶ εἰσελθόντες ἔλεξαν, ὅτι πέμψειε σφᾶς ὁ Ἰνδῶν βασιλεὺς, καὶ κελεύσειεν ἐρωτᾶν, Xenoph. Indi verò ingressi dixerunt, se à Rege Indorum missos, & iussos interrogare, pro, ἔπεμψε καὶ ἐκέλευσε.

SVBIVNCTIVVS.

Subiunctiui magnus est vsus apud Græcos & Latinos in ambigendo dubitandoque, πότερον εἴπω; Lucian. vtrum dicam? οὐκ οἶδ' ὅ τι φῶ. Galen. nescio quid mihi dicendum sit.

sit. ὅπως ἂν εἰδῶ μάλιστα, ὁποῖός ἐστι τὴν ὄψιν; Lucianus. Vt autem scire possim, quali est aspectu?

ANNOTAT.

Apud Latinos hæc loquendi ratio crebra est. Nisi malis hunc modum potentialem appellare. Cic. pro Plancio. multo citius meam salutem pro te obiecero, quam Cn. Plancij salutem tradidero contentioni tua. Idem Phil. 13. Neque istinc si cupias possis te explicare. recesseris? omnes sequentur. manseris? hærebis. Eiusmodi à Græcis ἀσύντακτα vocantur.

INFINITIVVS.

I. Cùm duo verba simul ponuntur, absque coniunctione, alterum ponitur in infinitiuo; vt apud Latinos, δοκεῖς τι ἀληθὲς λέγειν. Lucian. videris quiddam verum dicere.

II. Infinitiuus nominatiuum habet, cum in eadem persona oratio subsistit. λέγω εἶναι φίλος, dico me esse amicum. Lucian. φησὶν οὗτος ἀμείνων γεγενῆσθαι στρατηγός, dicit iste se meliorem esse ducem.

III. Dum verò in eadem persona non per-

persistitur, accusatiuus adiungitur, φημὶ τύτοις μάλιστα ἐπαίνε ἀξίοις ἐῖ). Lucian. dico istos maximè esse laude dignos.

ANNOTAT.

Fusius de his Budæus. Imitati sunt nonnunquam Latini secundam regulam. Lucan.

Tutumque putauit
Iam bonus esse socer.

Ouid. sed enim quia rettulit Aiax
Esse Iouis pronepos.

Catull. Phaselus ille quem videtis hospites.
Ait fuisse nauium celerrimus.

De quibus consule Emmanuelem initio Syntaxeos.

V. Quando infinitiuus & verbum præcedens ad eandem personam pertinent; non est opus accusatiuo pronominis, ἔφη ποιήσειν, dixit facturum. nimirum se. ὑπέσχετο βοηθήσειν. Plutarch. pollicitus est se opitulaturum.

VI. Verbum μέλλω frequenter adiungitur præsenti, aoristis, & futuris infinitiui μέλλω ποιεῖν, faciam, ad verbum, futurus sum facere, ἔμελλον ποιεῖν, facturus eram. ὅταν μέλλῃ εἰσάξειν, quando futurus est introducere, idest, quando introducturus est,

λόγυς

λόγος ὁ μέλλων λεχθήσεσθαι, λόγος ὁ λεχθησόμενος, oratio recitanda. μέλλω γενέσθαι, ero. μέλλω πέμπειν. Thucyd. ſum miſſurus. τί ἔμελλον κελεύειν ἢ τί συμβουλεύσειν αὐτῇ ποιεῖν; Demoſth. quid ei præcipere vel ſuadere debui vt faceret?

VII. Infinitiuus εἶναι, accedente verbo δεῖ, vel ἔξεστιν, ὑπάρχειν, vel aliquo huiuſmodi, dādi vel accuſandi caſum poſtulat, ἰσχυροῖς Λακεδαιμονίοις εὐθὺς ἔξεστιν εἶναι, continuo Lacedæmonijs fortibus atque robuſtis eſſe licet, τῇ τῶν τρόπων πραότητι οὐδέσιν ἄλλοις ὁμοίως ἡμέροις εἶναι δοκεῖν λιπόντες. Ariſtid. manſuetudine morum nullis alijs concedentes, vt æque placidi eſſe videantur. σοὶ γὰρ συκοφάντῃ εἶναι ὑπάρχει, Demoſth. tibi licet eſſe ſycophantæ. οἷς προσήκει ἀγαθοῖς ἀνδράσιν εἶναι, Andocyd. quos viros bonos eſſe decet.

ANNOTAT.

Hinc Latini ſumpſerunt, vt Cic. pro Flacco: liceat ijs, qui hæc ſalua eſſe voluerunt, ipſis eſſe ſaluis. Idem 1. de leg. Cui ne eſſe quidem licuiſſet tribuno. & alibi ſæpe.

VIII. Accuſatiui participiorum frequenter

ter pro verbis infinitis adhibentur, πρῶτον μὲν ἅπαντες μέμνησθε δὶς δεθέντα καὶ κριθέντα. Demofth. omnes meminiftis bis ligatum, bifque condemnatum, pro δεθῆναι καὶ κριθῆναι.

IX. Cum verbis perfeuerandi, defiftendi, affectionem animi notitiamve fignificantibus coniungitur participium loco infinitiui, ἀγαπῶν μὴ διαλίπῃς, pro ἀγαπᾷν, perge me amare. οὐ παύσομαι φιλῶν, non defiftam amare, pro, φιλεῖν. παύσασθε ἐρίζοντες. Lucian. altercari definite. μέμνημαι ἰδών, pro, ἰδεῖν, memini videre. λανθάνει πράττων. Ariftot. latet alios eum hoc facere, clam facit. λέληθας δουλεύων, Ariftoph. non fentis te feruire.

X. Idem fit in nonnullis adiectiuis cognitionem fignificantibus, δῆλος εἶ συκοφαντῶν, apparet te effe fycophantam. Lucian.

XI. Interdum tamen non participium, fed infinitiuus prædictis verbis additur, Μέτελλον αἰσθόμενος ἐγγὺς εἶναι (pro ὄντα) ἀνέζευξε. Plutarch. fentiens Metellum prope adeffe, caftra mouit.

XII. Vfur-

XII. Vſurpatur infinitiuus frequentiſſime pro coniunctiuo vel optatiuo, præcedentibus particulis οἷος, ὅσον, ὡς, ὥστε, πρὶν, ἐφ' ᾧ. οὐδ' ὀβολὸν ἔχει, ὥστε πρίασθαι βρόχον. Lucian. Ne obolum quidem habet, vt emat laqueum. τοιοῦτός ἐστιν οἷος μὴ ἥδεσθαι, talis homo eſt, vt nulla voluptate afficiatur. οἱ Θεοί εἰσιν οἷοι μὴ μεταβάλλειν. Dij ſunt eiuſmodi, vt nunquam mutentur. πολλάκις γέγονεν, ὥστε τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κρατηθῆναι. Iſocrates. Sæpe accidit, vt qui potentiores eſſent, ab imbecillioribus vincerentur.

XIII. Nominatiuis adiectiuorum eleganter adiungunt Græci infinitiuum, δεινὸς λέγειν, acer dicere, id eſt, acer, & vehemens in dicendo. δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρον. Aeſchyl. etiam ex deſperatis exitum reperire poteſt. ὀξὺς ὁρᾶν, acer videre, βαθεῖα περᾶσαι, profunda tranſire. ἔμπειρος ἱππεύειν, τοξεύειν, ᾄδειν, peritus equitare, iaculari, cantare, δεινὸς ἄνθρωπος τοῖς πράγμασι χρῆσθαι. Demoſth. vir acer in rebus gerendis.

AN-

ANNOTAT.

Hinc apud Latinos, fortis bellare, prudens intelligere, sapiens prouidere, & his similia passim apud Latinos obuia, maxime apud Horatium.

XIV. Infinitiuus apud Græcos ponitur frequenter pro imperatiuo. Phocylid. μέτρῳ μὲν φαγέειν, πιεῖν καὶ μυθολογεύειν, pro, φάγε, πίε, καὶ μυθολόγει. moderatè edito, bibito, ac loquere. Atque id frequens est etiã apud Hesiodum in ἔργοις.

ANNOTAT.

Sunt tamen qui subaudiri velint verbum, θέλε, aut χρὴ, aut προσήκει, aut aliquid huiusmodi. Modum hunc loquendi expressit Virgil. 3. Georg.

Aestibus at medijs vmbrosam exquirere vallem
Tũ tenues dare rursus aquas, & pascere rursus.
Subaudi conuenit.

XV. Gerundia Latinorum in Di, Do, Dum, itemque supina, supplent Græci per infinitiuum, addito interdum articulo, interdum omisso, cum alijs particulis, vt sunt, ἕνεκα, χάριν, & cum præpositionibus. πρὸ-

ςος ἀκοντίζειν. Herodian. peritiſſimus iaculandi. ὥρα ἡμῖν ἀπιέναι. Lucian. tempus eſt abeundi. ὥρα πορεύεσθαί ἐστι, Xenoph. tempus eſt eundi. ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν, Iſocrat. rei familiaris augendæ gratia. τοῦ νικᾶν ἕνεκα ἦλθε, venit vincendi gratia. τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι. Ariſtot. diuitiæ magis ſunt in vtendo, quàm in poſſidendo. δῶκε φέρειν, dedit ferendum. εὖ πεφυκὼς πρὸς τὸ διαχλευάζειν. Polyb. natura aptus ad ſubſannandum. ἐξῆλθε μισθώσασθαι ἐργάτας. Matth. 20. exiuit conductum, ſeu conducere operarios. ῥᾴδιον καὶ δυσπετὲς κτήσασθαι. Plato, res comparatu facilis.

ANNOTAT.

Inde illa apud Latinos. Virg. dederatque comas diffundere ventis. Et, Dat habere nepoti. Et, Magnũ dat ferre talentum.

XVI. Gerundia in dum, quum aliquid fieri, aut faciendum ſignificant, circumloquuntur Græci per verbalia in εον, λεκτέον, dicendum: ποιητέον, faciendum: τυπτέον, verberandum: **quæ præter ſuum caſum, caſum quoq.**

personæ recipiunt, ὀ δουλευτέον τούτοις, non est his seruiendum. οὐ ταὐτὰ πᾶσιν ἀποδοτέον. Aristot. non eadem omnibus tribuendum est. δεῖ θᾶττον διαλυτέον τὰς φιλίας. Idem, statim dissoluendum amicitias.

ANNOTAT.

Ita enim ad verbum vertitur. qui modus loquendi Latinis quoque Poetis nonnunquam placuit. Lucret.

Aeternas quoniam pœnas in morte timendum.

Virgil. alia arma Latinis

Quærenda, aut pacem Troiano à rege petendũ.

Vide Emmanuelem in constructione infinitiui, & de participiali in Dum. γραπτέον ἐμοὶ ἐπιστολήν. *ad verbum, scribendum est mihi epistolam, pro, scribenda est mihi, vel à me epistola.*

XVII. Attici in his verbalibus vtuntur nonnunquam plurali pro singulari, οὐκ ἔτι πιστευτέα τῶν νῦν οὐδενί, pro πιστευτέον. Lucian. non est amplius vlli mortalium fidendum. πορευτέα εἶναι, eundum esse, pro, πορευτέον, inquit Budæus.

XVIII. Aliquando cohærent verbalia hæc

hæc cum ſuo ſubſtantiuo, more adiectiuorum, λυτέος καὶ οὐκ ἐατέος ὁ τοιοῦτος νόμος κύριος γενέσθαι. Demoſth. Soluenda eſt huiuſmodi lex, & neque ſinendum, vt ſe dominam conſtituat. οὐ παροπτέος ἀνὴρ, οὐδὲ ἀμελητέος Lucian. non deſpiciendus vir, neque negligendus. Soph. ἡδ' ὁδὸς πορευτέα. via ineunda.

XIX. Videntur nonnumquam Græci Gerundia & ſupina circumloqui per participia, ἧκον ἀμυνοῦντες. Iſocrat. veniebant opitulatum. βαῖνον ἐποψόμεναι. Apoll. ibant ſpectatum. ὁ ἡττηθεὶς μαχόμενος, Ariſtot. victus pugnando. μεταξὺ λυόμενος, inter lauandum.

ANNOTAT.

Hæc tamen & his ſimilia exempla aliter Latinè reddi poſſunt, nempe veniebant opitulaturi, ibant ſpectatura, victus in pugna. Et hæc de infinitiuo.



DE CONSTRVCTIONE Participiorum.

Caput XVI.

ADMONITIO.

Vſus participiorum in lingua Græca adeò frequens eſt & elegans, vt non immerito Græci dicantur, φιλομέτοχοι, *id eſt, participiorum amantes. Plurima enim, quæ nos, non niſi periphraſi adhibita, pluribus efferre poſſumus, ipſi vnico participio venuſtiſſime exprimunt. quod Latinis mirari, raro vero imitari licet, præſertim pari lepore & venuſtate. imo tum quoque libenter participijs vtuntur; cum alijs verbis æque commode, & breuiter vti poſſent, cuius rei hoc ſit exemplũ. Demoſth.* ὡς γὰρ εἰπεῖν ἁπλῶς, ἅπαντες ἐγνωκότες ὑπάρχειν μοι δοκεῖτε, *vt enim vno verbo dicam, omnes videmini mihi cognouiſſe, poterat Demoſth. breuius dicere,* γνῶναι, *vel* ἐγνωκέναι. *Idem.* ὅτι εἴη Νικόδημον ἀπεκτονώς, *quod Nicodemum peremerit, pro,* ὅτι ἀπέκτεινεν ἢ ἀπέκτονε. *Idem.* οὗτος ἦν ὁ πάντα ταῦτα διοικῶν, *pro,* οὗτος πάντα ταῦτα διῴκει, *hic omnia adminiſtrabat.*

Ce-

Cæterum cùm ex ijs, quæ superioribus capitibus de verbis præcepimus, multa participijs sint communia cum verbis, superuacaneum foret hic plures hac de re præceptiones tradere.

I. PArticipia imitantur verborum suorum cōstructionem, vt apud Latinos, ὀλιγωρῶν τῆς παιδείας, negligens disciplinæ: τίς ἦν ὁ βοηθήσας τοῖς Βυζαντίοις, καὶ σώσας αὐτούς; Demosth. Quis fuit qui Byzantijs opem tulit, eosque seruauit?

ANNOTAT.

Id Latini Poetæ videntur imitari. Hor. 13. carm. Dulces docta modos, & citharam sciens.

II. Participia cùm fiunt nomina, genitiuum habent, vt apud Latinos, εἰδυῖα πόνων, gnara laboris. μάχης εὖ εἰδότε πάσης. Homer. belli scientes. διδασκόμενος πολέμοιο, Idem. doctus belli. τόξων εὖ εἰδώς, sciens iaculorum.

III. Aliquando adiunguntur participia verbis, vt eorum significationem augeant, οἶδα ἰδών, videns vidi, sciens scio. Sed hæc Hebraismum redolere videntur.

IV. Interdum abundant participia, ᾤχετ' ἀπιὼν, abijt, vel abiens abijt; ληρεῖς ἔχων, nugaris. De qua re etiam capite ſecundo dictum eſt.

DE CONSTRVCTIONE Aduerbiorum.

Cap. XVII.

ADVERBIA CVM Nomine.

I. ADuerbia demonſtrandi nominatiuum vel accuſatiuum habent, ἴδε, ἰδοὺ, ἠνίδε, en, ecce, ἰδοὺ ἡ Ῥόδος, ἰδοὺ καὶ τὸ πήδημα, Aeſopus, ecce Rhodus, ecce ſaltus.

II. Genitiuum habent aduerbia loci, temporis, numeri, ordinis, cauſſæ, ſimilitudinis, ſeparationis, exceptionis, copiæ, cælandi, & ea omnia, quæ formantur à nominibus genitiuum habentibus: vt ſunt comparatiua & ſuperlatiua, & alia quampluri-

ma.

ma, quorum omnium ordine subijciam exempla; ἐγγὺς τῆς πόλεως, prope ciuitatem. πλησίον τῆς ἀγορᾶς, prope forum. ἰθὺ Βαβυλῶνος, recta Babylonem. πόρρω Διὸς, καὶ κεραυνοῦ, procul à Ioue & fulmine. προθύρων, ante fores. ἔξω τῆς πόλεως, extra ciuitatem. μεταξὺ κινδύνων, inter pericula. εὐθὺς τοῦ δείπνου, τοῦ ἀρίστου, statim à cæna, à prandio. μέχρι vel ἕως τῆς ἑσπέρας, vsque ad vesperam. πρωῒ τῆς ἡμέρας, matutino tempore. ἅπαξ, δὶς, τρὶς, τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, semel, bis, ter, quater in anno. ἐφεξῆς τοῦ ἑνὸς, deinceps post vnum. ἐχομένως τούτων, post hæc. χάριν τῆς ἀληθείας, εὐδαιμονίας, propter veritatem, felicitatem. χάριν τῶν πόνων, gratia laborum. ἕνεκα τοῦ κέρδους, propter lucrum. ποταμοῦ δίκην, ἢ πυρὸς, instar fluuij vel ignis. & apud Poëtas. δίχα δώρων, sine donis. ἄτερθε πόνων, ἀπάνευθε καμάτων, sine labore. νόσφι Διὸς, sine Ioue. χωρὶς τῶν ἄλλων, absque alijs. δίκην μαγείρων, more cocorū. πάντα ἔχει πλὴν χρημάτων, omnia habet, excepta pecunia. παρεκτὸς μοιχείας, excepto adulterio. ἅλις ἁλὸς,

satis salis. κρύβδα vel λάθρα τῶν ἄλλων, clam alijs. μᾶλλον τῆς φύσεως, magis quàm natura ferat. μάλιστα πάντων, maximè omnium. ἥκιστα πάντων, minime omnium. ἀξίως τῶν προγόνων, digne maioribus.

III. Datiuum habent aduerbia congregandi. ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, simul cum die, prima luce. ἅμα τοῖς ἄλλοις, simul cum alijs. ὁμοῦ τοῖς συμμάχοις, vna cum socijs.

IV. Datiuum etiam illa poscunt, quæ fiunt à nominibus cum Datiuo iungi solitis. ὁμοφώνως ἄλλοις, conuenienter alijs. ὁμοίως τοῖς μάλιστα. Demosthen. quam quì maximè.

V. Vt nomina nonnulla genitiuum & datiuum postulant: ita quædam etiam aduerbia, πλησίον σοῦ καὶ σοί, prope te. ὁμοίως ἀνθρώπου, καὶ ἀνθρώπῳ, similiter homini. ἐγγὺς τῆς πόλεως, prope ciuitatem. ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις. Arist. deinceps post supradicta.

VI. Aduerbia iurandi accusatiuum habent, νὴ τὸν Δία, μὰ τὸν Απόλλω, passim apud scriptores. ita per Iouem, non per Apollinem.

VII. Si

VII. Si aduerbia negandi cum negatiuis nominibus, alijſve negantibus aduerbijs coniungantur; magis negant. οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν, οὔτε ζῶντι, οὔτε τελευτήσαντι. Plato, Vir bonus nullum malum habet neque viuus, neque mortuus.

VIII. ὦ Aduerbium vocantis, exclamantis, & admirantis Græcis, Latinis etiam interiectio, coniungitur cum nominatiuo, genitiuo, accuſatiuo & vocatiuo. ὦ ἔβενος, ὦ χρυσός, Theocr. o ebenum, o aurum. ὦ πηγῆς πολυχεύμονος, S. Baſil. o fontem vberem. ὦ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος, o meam miſeriam. ὦ τῆς ἀναισχυντίας, o impudentiam. ὦ ἐμὲ δειλαίν, o me miſeram. Callimach. ὦ Ζεῦ τί λέξω; o Iuppiter quid dicam? Eurip. ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσα, o mater, ò genitrix. Idem.

ANNOTAT.

1 *Aduerbium ὤ, oxytonum aiunt eſſe admirantis, vel dolentis; ὦ periſpomenon vocantis vel exclamantis.*

2 *ὦ interdum ſine, caſu. ὦ, πῶς ἀδακρυτὶ τὴν τούτου ἐνέγκω μνήμην: Nazian. o, qua ratio-*

ratione horum memoriam sine lacrymis feram: Sic Virg. o, cohibete iras.

IX. Aliquando solus genitiuus ponitur, omisso aduerbio, τῆς τύχης, fortuna, pro ὦ τῆς τύχης. τῆς ἀσελγείας, τῆς αἰαισχυντίας, impuritatem, impudentiam. pro, ὦ τῆς ἀσελγείας. ὦ τῆς ὠμότητος, Nazianzen. o crudelitatem.

X. Græci in inuocationibus vocatiuo, & genitiuo vtuntur, vbi Latini vocatiuum & accusatiuum adhibent, ὦ Ἄπολλον, τῆς δαιμονίας ὑπερβαλλούσης, o Apollo, magnam felicitatem. ὦ γῆ τοῦ φθέγματος. Aristoph. o terra, sonitum.

XI. Alia alios subinde casus habent, vt φεῦ genitiuum, φεῦ τῆς ἀλλαγῆς. Lucia. heu mutationem. οἴμοι τῶν κτημάτων. οἴμοι τῶν ἀγρῶν. Lucian. heu mihi ob possessiones, heu mihi ob agros. Sunt qui in his & horum similibus subaudiendam putent particulam ἕνεκα. Cum recto quoque copulatur, οἴμοι κακοδαίμων, hei misero mihi.

XII. Vim superlatiuorum aduerbialium augent

augent Græci adiectione harum particularum, ὡς, ὅτι, ὡς οἷόν τε, & his similium. ὡς βέλτιστα, ὡς ὅτι βέλτιστα, ὅτι βέλτιστα, ὡς οἷόν τε ἄριστα. optime, ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, quàm potuit pulcherrimè. ὡς μετριώτατα, Demosth. quàm modestissime. ἐπειδὰν τάχιστα ἀνέλθῃς. Lucian. simul atque ascenderis.

ADVERBIA CVM VERBIS.

I. Aduerbia qualitatis frequenter & eleganter cohærent cum verbo ἔχω, διάκειμαι, διατίθεμαι, addito casu illius aduerbij, ἀφειδῶς ἔχει χρημάτων, prodigus pecuniæ. τῶν ἐν ἀγορᾷ οὐκ ἀπείρως ἔχει, non est imperitus rerum forensium. ἀρχαίως ἔχει, homo antiquæ fidei. εὖ διακείμενος καὶ καλῶς, bene affectus.

ANNOTAT.

Hæc & his similia Latine exprimi non possunt ad verbum. Male enim dixeris, Imperite habet rerum forensium.

II. Verbum ἔχω admittit nonnunquam aduerbium qualitatis, addito genitiuo, quem tamen aliàs aduerbium non exigit,

πειράσομαι λέγειν ὡς ἔχω γνώμης, Halicarnaſ. conabor explicare ſententiam meam. πῶς ἔχεις γνώμης; quæ eſt tua ſententia? quomodo affectus es?

III. ὡς, ὥστε, ἐπειδὴ, πρὶν, πρὶν ἢ, ὅσον, ſæpe apud Græcos cum infinitiuo iunguntur. ταῦτ' οὖν ὡς μὲν ὑπομνῆσαι νῦν, ἱκανῶς εἰρήσθω. Demoſth. Hæc igitur vt admonendi gratia, nunc dixiſſe ſatis fuerit. ὡς ἔπος εἰπεῖν, vt ita dicam. οὐδενὶ γὰρ τοσαύτην σχολὴν παρέλιπον, ὥστε ἑτέροις συναχθεσθῆναι. Iſocr. nulli enim tantum otij reliquerunt, vt malis alienis afficeretur. πρὶν εἰπεῖν, priuſquam diceret. πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, Matth. 1. antequam conuenirent. μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν, Hom. 2. Iliad. Non prius Sol occidat, & tenebræ adueniant. ἐπειδὴ γενέσθαι ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ Ἀγάθωνος, ἀνεῳγμένην καταλαμβάνειν τὴν θύραν. Plato. Poſtquam vero ad Agathonis ædes veniſſent, apertas inueniſſe fores. πολλάκις γέγονεν, ὥστε τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κρατηθῆναι. Iſocr. Sæpe accidit, vt qui potentiores eſſent, ab imbecillioribus vincerentur.

AN-

ANNOTAT.

Aliqui hic ſubaudiri putant verbũ συνέβαινε, vel aliud ſimile, ἐπειδὴ δὲ συνέβαινε γενέσθαι. Eſt vero hæc conſtructio planè Græca, neque quidquã cum Latino more commune habet: quam expreſſiſſe videtur Horat. lib. I. Od. II. vt melius quidquid erit pati, id eſt, vt melius patiaris. Obtinet porro accuſatiuus huiuſmodi vim nominatiui. Illa enim ſententia Iſocrat. vbi ὥστε cum infinitiuo & accuſatiuo iungitur, ita reddi poteſt, πολλάκις γέγονεν, ὥστε οἱ μείζω δύναμιν ἔχοντες, ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κρατηθῶσι.

IV. Eædem particulæ ὡς, ὥστε, ſæpe etiam cum indicatiuo, & cum optatiuo, & interdum cum ſubiunctiuo copulantur, vt apud Latinos, ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην. Theocr. vt vidi, vt inſanij. ὡς μηδὲν ὑπὸ τῶν ὄχλων βιασθείη. Halicarn. ne qua illi vis à turba inferretur. ὥστε μηκέτι πολεμήσωμεν, ne amplius bellum geramus. τοσοῦτό μου καταπεφρόνηκεν, ὥστε ἐλπίζει ῥᾳδίως ἐπικρατήσειν. Iſocr. adeo me contempſit; vt etiam ſperet me à ſe facile ſuperatum iri.

ANNOTAT.

ὡς aduerbiali significatione plerumque indicatiuum habet. Poterant autem duæ proximæ antecedentes regulæ ad coniunctiones reijci, sed cùm vocula illa in aduerbijs quoque numerentur; visum est eas hoc loco ponere.

V. Aduerbia hortandi, prohibendi, optandi, & alia eiusmodi eosdem fere modos habent, quos apud Latinos, φέρε δὴ σκέψασθε, age vero considerate. ἄγετε, εἴπατε, Lucian. agite, dicite. μὴ ἐνόχλει. Lucian. ne sis molestus. μὴ κέκραχθι, Lucian. ne clama. εἴθε γενοίμην, Theocrit. vtinam fierem.

VI. Iungitur εἴθε etiam cum accusatiuo & infinitiuo. Phocyl. εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν, vtinam non esses mortalibus expetendum malum.

VII. Præponuntur præterea hæ optatiuæ particulæ, αἴθε, εἴθε, & ὡς præterito imperfecto, ὤφελον, seu ὄφελον, & aoristo secundo ὤφελον, siue ὄφελον, sequente infinitiuo. Homer.

Ηλυ-

Ηλυθες ἐκ πολέμου, ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι,
Venisti ex pugna; vtinam ibi perijsses.
Idem. Αἴθ' ὄφελέστ' ἄγονόστ' ἔμεναι ἄγαμόστ' ἀπολέσθαι.
Vtinam aut natus non esses, aut perijsses ante matrimonium.

ADVERBIA CVM *Aduerbijs*.

I. Aliquando coniunguntur aduerbijs. Hesiod νόσφιν ἄτερθε κακῶν, absque malis. Aristoph. μάλα σφόδρα, ad verbum: valde valde, magnopere. πάνυ σφόδρα, Plato. Tunc autem sæpe videntur habere vim superlatiui, cùm eiusdem significationis aduerbia geminantur, id quod ab Hebræis sumptum videri potest.

II. Aliquando adsciscunt sibi præpositionem, μέχρι πρὸς τὸν ἥλιον, vsque ad solem. Aristot.



DE

DE CONSTRVCTIONE Præpositionum.

Caput XVIII.

ADMONITIO.

Quũ bona pars elegantiæ Græci sermonis in recto præpositionum vsu sita sit; merito multum operæ & studij in illis accurate explicandis ponitur. Tam varie enim & intra & extra compositionem à scriptoribus vsurpantur; vt illarum regulæ breuiter expediri non possint. Quo fit, vt nos etiam solito longiores in hoc capite futuri simus. Multa tamen vsu & lectione bonorum scriptorum cognoscenda prætermisimus. Quis enim omnia regulis comprehendat? Neque tamen illa, quæ iam libro primo huius Grammatices dicta sunt, hic duximus iteranda.

REGVLAE GENERALES De Præpositionibus.

I. Leræque præpositiones, præposito articulo, locum nominis obtinent. *οἱ ἐν ἀγρῷ*, id est, *ἀγροῖκοι*, agrestes. *οἱ ἐκ τῆς στοᾶς*, Stoici. *οἱ πρὸ ἡμῶν*, maiores nostri. *οἱ σὺν*

Av-

Ἀντωνίῳ, id eſt, Antoniani. τὸ εἰς ἐμὲ, officiū meum, ſupplendum enim καθῆκον, aut aliquid huiuſmodi. οἱ μεθ' ἡμᾶς, poſteri. οἱ μεθ' ἡμῶν, præſentes, qui nobiſcum viuunt. τὰ ὑπὲρ γῆς, id eſt, ἐπίγεια, terreſtria. τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, id eſt, οὐράνια, cæleſtia. οἱ περὶ τοὺς κύλιξι, pocillatores, miniſtri à poculis. τὰ πρὸς ποσίν, obuia. τὰ ὑπὸ γῆς, quæ ſub terra ſunt: οἱ ἄνω, Superi. οἱ κάτω, Inferi.

II. Præpoſitiones migrant in aduerbia, quando caſus ſuos amittunt, quod etiam apud Latinos contingit. καὶ μικρόν τι πρός. Demoſth. & aliquid amplius. πᾶσα περὶ χθών. Homer. omnis circum terra. ſic apud latinos, longo poſt tempore, paucis poſt diebus.

III. Sæpe ſubticentur præpoſitiones, σὴν χάριν λέγω, ideſt, πρὸς, tua cauſa dico.

ANNOTAT.

De Tmeſi, alijſque diſiunctionibus vel à ſuo caſu, vel à ſuo verbo, nihil dicendum eſt, cùm eædem Latinis quoque vſitatæ ſint.

REGVLAE PRAECIPVAE De Præpoſitionibus.

I. Præpoſitiones ſunt octodecim, ex quibus

 bus

bus ſex monoſyllabæ, ἐν, εἰς, vel ἐς, ἐκ, vel ἐξ, πρὸ, πρὸς, σὺν, Attice ξύν.

II. Duodecim diſſyllabæ, ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, παρὰ, ἀντὶ, ἐπὶ, ἀμφὶ, περὶ, ἀπὸ, ὑπό, ὑπέρ. Ex his quædam vnum dumtaxat caſum, quædam plures habent, quamuis fere ſemper diuerſa ſignificatione.

SCHOLION.

Redigimus autem in tabulas fere quæ ſunt vſitatiora. Reliqua vero, quæ vel elegantius, vel poetice vſurpantur, in Annotationes conijcimus: vnde Magiſtri quæ videbuntur pro ſua prudentia ſuis diſcipulis decerpant.

Neque incommodum erit totam præpoſitionum conſtructionem ante paucis verſibus cõprehenſam memoriæ cauſa proponere, quàm ſuis quæque præceptionibus, ac teſtimonijs illuſtrentur.

Εξ, ἀπὸ, ἀντὶ, πρὸ *cum patrio tantùm ſociabis.*
Εν, σὺν *cum dandi caſu. dabis* εἰς, ἀνὰ *quarto.*
Cũ patrio, & quarto κατ᾽, ὑπὲρ, διὰ, καὶ μετὰ *iunges.*
Cũ patrio, terno, & quarto παρὰ, πρὸς, περὶ, ἀμφὶ,
Καὶ ἐπὶ, καὶ ὑπὸ. *ſed vatum exemplaria verſans*
Repperies ἀνὰ *cum terno,* κατὰ καὶ μετὰ *iuncta.*

Præ-

Præpositiones cum genitiuo.

Solum igitur genitiuum habent ex monosyllabis ἐξ & πρὸ, ex dissyllabis ἀντὶ & ἀπὸ. ἐξ ante vocales, ἐκ ante consonantes adhibetur.

Ἐξ cum genitiuo tantùm.

Significat

Motũ à loco	ἐξ ἀγορᾶς ex foro. ἐκ βουλευτηρίου. A senatu. κατεσπάσθη ἐκ τοῦ ἵππου. Lucia. de equo detractus est.
causam	ἐξ ἁμαρτίας, id est, διὰ τὴν ἁμαρτίαν, propter peccatum.
τὸ μετά τι	ἐκ δείπνου, id est, μετὰ τὸν δεῖπνον. A cæna. λόγον ἐκ λόγου λέγειν. Demost. verba ex verbis serere.
materiam	ἐκ πηλοῦ ὁ ἀνδριὰς, ex luto statua. ἐξ ὑέλου ἡ κύλιξ, ex vitro calix.

ἐξεύλωσιν { ἐκ τοῦ διαγράμματος, id est, κατὰ τὸ διάγραμμα. ex decreto, iuxta sententiam. ἐκ τῶν ἐνόντων, id est, κατὰ τὸ δυνατὸν, pro facultatibus, pro viribus.

ANNOTAT.

4 Ἐξ *non modo significat motum à loco, ut* ἐκ Πύλου, *Ex Pylo, &c. Sed interdum etiam apud poëtas, cùm ad personam motus refertur, vt apud Theocr.* ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. *A Ioue ordiamur.* 2. *Interdum idem atque* ὑπό. ἐκ τῶνδε ἄρχομαι, *id est,* περιδίδομαι. 3. *indicat initium ortus.* οἱ ἐξ ἐκείνου, *ab illo oriundi.* 4. *patriam.* ὁ ἐκ Λακεδαίμονος, *Lacedæmonius.* 5. *ad tempus eleganter refertur.* ἐκ τότε. *ex tunc. ad verbum, id est, Iam tum. Iam inde.* ἐκ νεότητος, ἐκ νέου, *ab adolescentia.* ἐκ μειρακίου, *ab adolescentulo, à pueritia.* ἐκ παιδὸς, *à puero.* ἐκ νηπίου, *ab infantia.* ἐκ πρώτης ἡλικίας, *à prima ætate.* ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, *à teneris vnguiculis.* ἐκ παλαιοῦ, *supple.* χρόνου, *iam pridem.* ἐξ οὗ *quod etiã dicitur* ἀφ' οὗ, *ex quo, à quo.* 6. *significat instru-*

ſtrumentum, ſeu modum, ἐκ χειρὸς ἀπώλετο, *hoc eſt,* χειρὶ, *manu perijt.* ἐξ ὧν ἐφθείροντο, *quibus interibant.* ἐκ παντὸς τρόπου, *quacumque ratione.* ἐκ τούτου τοῦ λόγου, *hac oratione.* 7. *idem ſæpe ac* διὰ, *propter.* ἐκ ψυχῆς δικαίας τοῦτο γίνεται, *ex iuſto animo, ob animum probum hæc fiunt.* ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείας, *ob hanc diligentiam.* ἐκ Τεύκρου φανοίμεθα κακοὶ, *ob Teucrum mali videamur.* ἐκ θαλάσσης, *id eſt,* διὰ θαλάσσης, *ex mari, propter mare.* 8. *Nonnunquam pro* ἐν *vſurpatur, vt apud Demoſt* ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, *id eſt,* ἐν τῷ, *præterito tempore.* 9. *Denique interdum pro* ἔξω. ἐκ καπνοῦ καταθεῖναί τι, *extra fumum aliquid collocare.* ἐκ μέσου γενόμενος. *id eſt,* ἀφανισθεὶς, *de medio ſublatus, &c.*

2 ἐξ *aduerbij formam capit cum his.* ἐξ ἑτοίμου, *pro* ἑτοίμως, *prompte.* ἐκ τοῦ φανεροῦ, ἐκ τοῦ προφανοῦς, *pro* φανερῶς, *aperte, palam.* ἐκ τεθαῤῥηκότος, θαῤῥούντως, *audacter.* ἐκ δευτέρου, *id eſt,* δευτέρως, *denuo, ſecundo.* ἐκ ῥιζῶν, ῥιζόθεν, *radicitus.* ἐκ θεοῦ, θεόθεν, *diuinitus.* ἐκ ποδῶν, πόῤῥω, *procul.* ἐκ περιουσίας, ὑπερβαλλόντως *ex abundanti, ſupra modum.* ἐκ προαιρέσεως,

προαιρετικῶς, consulto, data opera. ἐκ χειρὸς μάχεται, id est, ἐγγύθεν, cominus pugnat. ἐξ ἐναντίας ἵσταται, ἀντικρύ, ex aduerso stat, ἐκ τοῦ παραχρῆμα ὑπῆλθέ μοι εἰς νοῦν, id est, ἀπρομελετήτως, hoc mihi ex tempore in mentem venit, id est, non præmeditato, &c. ἐξ ἴσου πάντες τιμῶνται, id est, ὁμοίως, ex æquo omnes honorantur, æque. ἐκ παραλόγου συνέβη, id est, παραλόγως, inopinato accidit.

3 Interdum redundat, ἐξ οὐρανόθεν, id est, οὐρανόθεν, cælitus, è cælo. Interdum Latine non exprimitur, quod omnium prope præpositionum commune videtur. ἐκ πολλοῦ, multo tempore, dudum. quod & in verbis accidit interdum ἐκμανὲς, furore percitus.

4 Hinc illa dicendi formula, οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι, non iure vita fruentes. ἐκ χρυσῶν φιαλῶν πίνειν, aureis pateris bibere. ἐκ ταπεινῶν καὶ φαύλων μεγάλα πράττουσι. quamuis humiles & viles magna gerunt. οἱ ἐκ τοῦ περιπάτου, οἱ Περιπατητικοὶ, Peripatetici. οἱ ἐξ Ἀρείου πάγου, οἱ Ἀρεοπαγῖται, Areopagitæ. ἐξ ὀνόματος εἰδέναι τινὰ, nosse quempiam ex nomine. ἐκ θυμοῦ φιλεῖν, poëtice, at oratorie ἐκ καρδίας, ex ani-
mo

mo diligere. ἐκ παρασκευῆς πάντα ἔπραξε, *ex apparatu, idest, bene paratus omnia gessit.* ἐξ ἀπροσδοκήτου μοι ἐπολέμησεν, *ex improuiso mecum pugnauit: imparatum, nec opinantem adortus est.*

5 ἐξ *in compositione vim habet augendi,* ἐξέπιε, *ebibit.* ἐξέφαγον, *id est,* ὅλως ἔφαγον. *exedit.* ἐξιθυνειν, *id est,* λίαν ἰθύνειν, *valde dirigere.* 2. *ad longitudinem refertur,* ἐκτείνω, *extendo.* ἔκτασις, *extensio.* 3. *Significat extra,* ἔκφρων, *demens, amens,* ἐξεγέλασε, *effuse risit.* 4. *Separationem.* πάρεξ, *idest,* χωρὶς, *prater, citra,* ἐκτέμνειν, *excindere.* 5. *principatum,* ἔξοχος, *præstans.* ἐξοχὴ, *præstantia.* 6. *Interdum redundat.* ἐξεφίεμαι, *pro* ἐφίεμαι, *expeto.* 7. *Excessum,* ἐκνομίως μ' ἠχιώετο. *Plutar. summopere me verebatur.* ἐκνομιώτατα, *perditissime,* & *apud Homer.* ἐξάλλεται, *pro* ὑπεράλλεται, *exsilit.*

Πρὸ semper cum genitiuo. Significat autem.

locum { πρὸ τῆς θύρας, ante fores.

Ante tẽpus. { περὶ τοῦ Περσικοῦ πολέμου ἐγένετο ὁ Τρωϊκός, ante Persicũ bellum fuit Troianum. περὶ ἐμοῦ, Ante me. οἱ περὶ ἡμῶν, maiores nostri.

προτίμησιν { περὶ ἔργου, & syncope, προὔργου, hoc est, ἐν προτιμήσει παντὸς ἔργου, operæpretium. πρὸ ὁδοῦ σοι γένοιτο. Lucian. profuerit tibi, sit felix. οὐδὲν ἐστι προὔργου τοῦτο ποιεῖν. Non est operæpretium hoc facere.

Præ { Ὅμηρος, καὶ Ἡσίοδος περὶ πάντων τὴν ὄρχησιν ἐπαινοῦσι. Lucian. Homerus, & Hesiodus præ omnibus saltationem laudant.

ANNOTAT.

1 Περὶ cùm *significat locum; etiam verbis motus, aut status adiungitur.* ἵσταται πρὸ τῆς πόλεως, *ante urbem consistit.* ἄγετε πρὸ δόμων, *ducite ante ædes.* 2. *cum* προτίμησιν, *significat, elegan-*

ganter adhibetur pro μᾶλλον. πρὸ πολλῶν χρημάτων ἐτιμησάμην ἄν. *Demoſt. Multis pecunijs prætuliſſem, vel, præferrem*. νοῦν θαυμάζειν πρὸ τοῦ σώματος, *mentem potius quam corpus admirari*. 3. *Cum refertur ad tempus ita fere vſurpatur*. σοφώτερος τῶν πρὸ αὐτοῦ ἐγένετο, *maioribus ſuis ſapientior fuit*, ἐν τοῖς πρὸ τούτων λέλεκται, *in ſuperioribus, vel ſupra dictum eſt*. πρὸ μοίρας ἐτελεύτησε, *ante fatum obijt. Immatura morte prareptus eſt*. πρὸ δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ἦλθε, *ante duos tres ve dies venit*. πρὸ τοῦ, *hoc eſt*, πρὸ τούτου τοῦ χρόνου, *antea, ante hoc tempus*. ὁ πρὸ τοῦ χρόνος, *ſuperiora tempora*. ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ, *ante hoc tempus*. οἱ πρὸ τοῦ φίλοι, *veteres amici*. τὰ πρὸ τούτων, *hoc eſt*, τὰ πρότερα, *ſuperiora*. 4. *Denique auxilium ſignificat perelegamter, vt apud Latinos, pro*, μάχεται πρὸ παίδων, *pro liberis pugnat*. πρὸ τῶν κοινῶν κινδυνεύειν. *Lucian. pro communi vtilitate periculum ſuſcipere*.

2 *Cum præpoſitionibus etiam poëtice cohæret*. ἀπὸ πρὸ νεῶν, *id eſt*, πόῤῥω, *procul à nauibus*. ἐπὶ πρὸ, *id eſt*, ἔμπροσθεν, *coram*, διὰ πρὸ, *id eſt*, διὰ μέσου εἰς τὸ πέραν, *per medium, in vlteriora*.

3 In

3 *In compositione fere* περὶ *suam retinet significationem.* περιέχω, *antecello.* περικειμένη τιμωρία, *pœna proposita.* περιάστειον, *suburbium. Ergo ad locum refertur.* πρόμαχος, ὁ ἔμπροσθεν τῶν ἄλλων μαχόμενος, *antesignanus.* 2. *ad tẽpus.* πρεσβύτερος, *id est*, ὁ παλαιότερος, *maior natu.* 3. *ad rei perfectionem.* πρόπαν ἦμαρ. *apud poëtas*, & προπάσας νῆας, *id est*, δι' ὅλης, *totum diem, cunctas naues.* 4. *significat* πρόοδον, *progressum.* πρόσε μ' ἧκε Θεά, *Hom. præmisitq. me Dea.* 5. *impetum*, προέρχομαι, *procedo.* εἰς τοσοῦτον προῆλθον. *Plato. eo processerũt.* 6 *statum.* προκάθημαι, *obsideo.* προΐσταμαι, *antesto.* 7. *rem in lucem in apertum prodire.* προῆλθεν, *id est*, ἐγεννήθη, & ἐξῆλθεν, *orta est, prodyt in lucem.* 8. *Denique interdum redundat.* σκηνὰς προλιποῦσαι, *id est*, λιποῦσαι, *tabernaculis relictis.*



Ἀντὶ

Αντὶ cum genitiuo tantum. Significat autem.

Pro 1. loco, &c.

αὐτὶ οἰκέτου, Aristoph. pro famulo, loco famuli, αὐτὶ πολλῶν μοι ὅσα ἐγγύετο, hoc est, εἷς ὤν, τόπον ἐπέχει πολλῶν παρ' ἐμοὶ, cùm sit vnus, locum apud me multorum obtinet. δοῦλοι ζῶμεν αὐτ' ἐλευθέρων, serui sumus, qui liberi esse debuimus. αὐθ' ἱματίου ῥάκος ἔχειν. Aristoph. Pro pallio pannum habere. αἱρετέον αὐτὶ τοῦ ζῆν τὶ ἀποθνήσκειν εὐκλεῶς. Pro vita mors est optāda gloriosa.

comparationem

ἓν αὐθ' ἑνὸς θεωρῶν, id est, ἓν ἑνὶ συγκρίνων, vnum pro vno contemplans. singula simul conferens.

αὐτὶ

διὰ propter, ob:

ἀντὶ τούτου τοῦ διδάγματος μόνου, id est, διὰ τοῦτο μόνον, propter hoc vnum, ἀντὶ ποίας ἀρετῆς στεφανώσετε; ob quã virtutem coronabitis? ἀνθ' ὧν ἐμὲ ζητεῖτον, id est, δι' ὅ, vel διότι. Aristophan. Quamobrem me quęritis? οὐκ οἶδ' ἀνθ' ὅτου, Gregor. Nazianz. id est, δι' ὅ, τι, nescio quamobrem.

ANNOTAT.

In compositione 1. significat. τὸ ἴσον, par. vt ἀντίθεος, id est, ἰσόθεος, par Deo, ἀντιάνειρα. ἢ ἰσάνδρος, par viro. 2. pro, & contra ἀνθύπατος, proconsul. ἀνθίστασθαι, repugnare. ἀντιλέγειν, contradicere. ἀντίπαλος, obluctator, aduersarius. ἀντίδικος, alter litigator. 3. vicem. ἀντιπελαργεῖν, ἀντευεργετεῖν, parem gratiam referre. 4. opem, ἀντιλαβέσθαι τῶν πραγμάτων, res capessere. ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων, suscipere infirmos. Act. 20. id est iuuare. 5. Deniq. ἰδιοποίησιν, ἀντιποιεῖσθαι τῆς ἀρχῆς, vindicare sibi imperium. Xenoph.

Ἀπὸ

Ἀπὸ semper genitiuo cohæret, & fere cum inanimis iungitur. vt παρὰ & ὑπὸ cum animatis. Significat autem.

è, vel ex	τὴν θάλατταν ἀπὸ τῆς γῆς ὁρᾶν. Callimach. è terra mare intueri. ἀπὸ συνθήματος, ex compacto, ex composito.
motũ à loco	ἀπ' Ἀθηνῶν, Athenis.
motũ à p-sona, pro παρὰ	ἀπὸ τοῦ Σωκράτους, id est, παρὰ τοῦ. A Socrate, &c.
Post	ἀπὸ δείπνου. Homer. à cæna, post cænã. ἀπὸ σάλπιγγος, ἀπὸ παραγγέλματος, id est, μετὰ τὸ ἀκοῦσαι σάλπιγγος, &c. Post tubam, audita tuba, audito edicto.
Per	κατελύθη πόλεμος ἀπὸ προσευχῆς. Chrysost. per preces, vel precibus bellum profligatum est.

Διδυ-

Absque { Δίδυμος ὁ ἀπ᾽ ὀμμάτων, id est, ἄνδ᾽ ὀμμάτων, ὁ τυφλὸς, Didymus cæcus, οὐκ ἀπὸ τρόπου, non præter morem. οὐκ ἀπὸ τοῦ πράγματος, οὐκ ἔξω τοῦ προκειμένου, non abs re. ἀπὸ θυμοῦ, sine ira.

partem ex toto { ἔπιεν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, bibit ex aqua, hoc est, aliquid aquæ, &c. quod & sine præpositione idem significat, vt alibi monuimus.

ANNOTAT.

1 Ἀπὸ apud poetas interdum redundat. ἀπὸ νόσφιν, sine, seorsim, ἀπ᾽ οὐρανόθεν, cælitus.

2 Aduerbij locum sæpe obtinet. vnde illa sunt orta. ἀφ᾽ οὗ, ex quo, ἀπ᾽ ἄρτι, amodo, ab hoc tempore. ἀπ᾽ ἐκείνου, inde, ex eo tempore, ἀπὸ τύχης, casu, ἀπὸ ταὐτομάτου, fortuito, vltro.

3 ἀπὸ in compositione. 1. negandi vim habet. ἀπόφημι, nego, ἀπαγορεύω, ἀπαυδῶ, interdico, nuntium remitto. Aristoph. 2. habet sæpe ἔμφασιν, ἀπεργάζομαι, efficio. 3. Indicat separatio-

rationem. ἀφίσαμαι, *desisto.* ἀπέχω, *abstineo.* 4. *restitutionem tum eius rei quæ datur.* ἀποδίδωμι, *reddo. tum eius quæ accipitur.* ἀπολαμβάνω, *recipio,* ἀπέχω τὰ τροφεῖα, *hoc est,* ἀπολαβὼν ἔχω, *receptam habeo educationis mercedem.* 5. *Hinc etiam ad alia transfertur significatio.* ἀποκρίνομαι, *respondeo.* ἀπολογοῦμαι, *me purgo verbis.* 6. *priuationem.* ἀπέμαθεν, *dedidicit,* ἀποκληρονόμος, *exhæres,* ἄποικος, *colonus, peregrinus, à domo profugus,* ἀπογάλακτος, *ablactatus.* ἀπογαλακτίζω, *ablacto.* 7. *partem ex aliquo.* ἀποτεμεῖν, *abscindere.* 8. τὸ πεφεισμένον, *parsimoniæ studium, vt* ἀποζῆν, ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς ζῆν. *parce, ac tenuiter viuere.* 9. ἀσθένειαν καὶ ἀπονίαν, *id est, animi abiectionem ac remissionem. Eurip.* ἀπεῖπον ἄλγει, *dolori succumbo.* ἀπαγορεύω τῷ κόπῳ, *molestia frangitur.* 10. *Denique redundat interdum.* ἀπηχυνείζομαι, *obnitor, mordicus teneo. Synes.*



So-

Solum datiuum postulant duæ præpositiones monosyllabæ, ἐν & σύν.

Ἐν communiter significat.

Inter { τοῦτο ἐν οἴνῳ ἐγένετο. Plutarchus. Hoc inter pocula accidit.

Penes { ἐν γὰρ τῷ Θεῷ τὸ τούτου τέλος ἦν, οὐκ ἐν ἐμοί. Demost. Huius rei exitus penes Deum erat, non penes me.

Cum { ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις. Xenoph. cum peltis & spiculis. Quæ syntaxis Hebraismum redolere videtur.

ANNOTAT.

1 *Cohæret interdum* ἐν *cum genitiuo Attice, sed per ellipsin.* ἐν ᾅδου, *id est,* ἐν τῷ τόπῳ τοῦ ᾅδου. *In Plutonis. scil. locis. Apud inferos.* ἐν ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου. *Eurip. subauditur,* οἴκῳ. *In viri religiosissimi domo. sic Latine, In Veneris, in Diana, subintelligitur, ade, templo.*

Præ-

* *Præpositio* ἐν, *sæpe ponitur pro* εἰς, ἐν Ἑλλάδι ἔλθοι. *Xenoph. pro* εἰς τὴν Ἑλλάδα, *in Græciā veniret*. θρασὺς ἐν ἐμοὶ *pro* εἰς ἐμέ. *Sophocl. Audax in me, contra me. sic Luc. 7.* ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ιουδαίᾳ, &c. *pro* εἰς ὅλην.

3 *Contra quoque, vt infra dicetur,* εἰς *ponitur pro* ἐν, τὸν θρόνον εἰς ὃν προκαθίζων ἐδίκαζεν. *Herodot.* εἰς ὃν, *pro* ἐν ᾧ, *thronum in quo præsidens iudicabat. Aristoph.* κατακλίνειν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ, κράτιστόν ἐστι. *Optimum est vt eum in Æsculapij templo reclinemus.*

4 *Item cum datiuo significat,* 1. *motum in loco.* περιπατεῖ ἐν ἀγορᾷ, *deambulat in foro.* 2. διά. ἐν χερσὶ κατέχει, *pro,* διὰ χειρῶν, *manibus continet.* 3. μεταξὺ, *inter,* ἐν οἷς ἦν, *pro* μεταξὺ ὧν ἦν, *inter quos erat. Græcos imitantur Latini. In quibus erat.* 4. *coram. Plut. Symp.* ἐν μάρτυσι μυρίοις, *pro* ἔμπροσθεν, *coram sexcentis testibus.* 5. *significat interdum potestatem quandam.* ἐν τῷ Θεῷ, *id est,* ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ Θεοῦ, *in Dei potestate.* ἐν ἐμοὶ, *in mea potestate, in me est.* 6. *sæpe refertur eleganter ad tempus.* ἐν σπονδαῖς, *Thucid. hoc est,* ἐν καιρῷ σπονδῶν, *fœderis tempore.* ἐν τούτῳ ἦλθεν, *pro,* μεταξὺ

τύτυ τῦ χρόνυ, Interea venit. Italice, in questo venne. ἐν ἑπτὰ ἡμέραις, intra septem dies. 7. pro σὺν, vsurpatur. ἐν τάχει, pro σὺν τάχει, in celeritate, hoc est, celeriter. 8. significat intus. ἐν φυλακῇ, in custodia. 9. supra. ἐν θαλάσσῃ, in mari. Denique redundat interdum. ἐν ὀφθαλμοῖς ἴδωμαι, pro ὀφθαλμοῖς, oculis cernam.

5 Εν *ἐπιῤῥηματικῶς, vsurpatur pereleganter. vnde illa. ἐν δίκῃ, pro δικαίως, iure. ἐν καιρῷ, pro καιρίως, opportune. ἐν καλῷ, pro καλῶς, præclare. ἐν τάχει, ταχέως, celeriter. ἐν σπουδῇ, σπουδαίως, studiose, serio, diligenter.*

6 Εν *in compositione significat stabilem quandam in re aliqua permansionem. ἐνέμεινεν, perstitit. ἐνέκυψεν, incubuit. Item, ἐναντίωσιν, vt ἐνίσταμαι, quod præter alia significat cohibere, inhibere. Plut. ἔνστασις, instantia litis. Aeschin. Denique ἐπίτασιν, vehementiam, vt ἔγκειται, ingruit, vrget.*

ΣΥΝ.

Σὺν respondet Latinæ præpositioni Cum. σὺν Θεῷ, Cum Deo. Sæpe omittitur in Latina interpretatione, σὺν χάρισι, gratijs fauentibus. σὺν Θεῷ, Deo benè iuuante.

Σὺν semper cum datiuo.
Et significat.

ὁμόνοιαν, societatem. { σὺν τῷ Ἰωάννῃ, cum Ioanne.

βοήθειαν, opem. { σὺν ἡμῖν ἔσται ὁ Θεὸς, erit nobiscũ, vel, à nobis Deus. ἐνίκησε σὺν Ἀθήνῃ, vicit cum Pallade, id est, Pallade iuuante. σὺν Θεῷ εἰρήσεται. Deo fauente dicetur.

προσθήκην, additamentũ. { σὺν τοῖς Θεοῖς ἔχει δώδεκα μαθητάς, ἤγουν, σὺν ταῖς ἐννέα Μούσαις καὶ Ἀπόλλωνι ἔχει καὶ δύο μαθητάς. Cum Dijs, duodecim habet discipulos, hoc est, præter nouem Musas & Apollinẽ, habet discipulos duos.

τὴν κατὰ { σὺν τῷ νόμῳ τὴν ψῆφον τίθεσθαι, ἤγουν, κατὰ τὸν νόμον, ex lege sententiam ferre.

τῷ ἐν { φεύγωμεν σὺν νηυσὶν, ἤγουν, ἐν νηυσὶ, fugiamus cum nauibus, in nauibus.

Redūdat interdum. { σὺν μεγάλῳ ἀπέτισαν, cum magno luerunt, hoc est, magnas pœnas persoluerunt.

ANNOTAT.

1 Σὺν *in compositione hæc ferme significat.* κοινωνίαν τινά. 1. *societatem quandã* σύσσιτος, *sodalis.* συμμαθητής, *condiscipulus,* συστρατηγός, *collega imperij militaris. Thuc.* σύζυγος, *cõiux.* 2. τὸ δι᾽ ὅλου. *omnino.* ἐγὼ μὲν συνεκαλυψάμην: *equidem contexi me totum.* 3. τὸ κατ᾽ ὀλίγον, *ut* σύνοξυς, *id est,* ὀλίγον ὀξύς, *paululum in mucronem desinens, subacutus.* 4. ἔμφασιν *ut* συντελῶ, *conficio. denique* τὸ ὁμοῦ, *simul.* συνοικῶ, *simul habito.*

2 Σὺν *in compositione modo mutat* ν *modo abijcit. vertit ante* σ *in* σ, σύσσιτος, *commensalis, ante* ρ *in* ρ, συρράπτω, *consuo. abijcit ante* ζ, σύζυγος, *coniux. ante* σκ, σύσκηνος, *contubernalis, ante* σπ, συσπῶ, *conuello. ante* στ, σύστημα, *constitu-*

ſtitutio, turma, cœtus, ante σφ, συσφίγγω, conſtringo, ante χ, συχολάζω, colludo, ſimul otior.

3 *In pronomine αὐτὸς ſæpe intelligitur præpoſitio σωύ. Lucian.* ἀποτεμὼν αὐταῖς ἀγλέναις τὰ πλερὰ, *id eſt,* σωὺ αὐταῖς, *vna cum alis amputans pennas.*

Accuſatiuus cum præpoſitione.

Solum accuſatiuum habent, εἰς, Atticè ἐς, & ἀνά. Dicitur autem εἰς de inanimatis propriè, vt πρὸς de animatis.

Εἰς cum accuſatiuo tantum.

Significat.

In, cũ refertur ad locũ.	εἰς οἶκον εἰσελθεῖν, domum ingredi. εἰς οὖς λέγειν, in aurem dicere. εἰς Λακεδαίμονα, Lacedæmona.
Idẽ quod ἐν.	καθέζομαι εἰς ἐκκλησίαν. Aeſchin. ſedeo in concione. ςὰς εἰς τὸ μέσον, ſtans in medio. εἰς τὸ παρὸν, ἤγουν, ἐν τῷ παρόντι, in præſenti, γράψας εἰς σήλην, ſcribens in columna. Chryſt. pro ἐν σήλῃ.

In, cùm ad tẽpus ptinet. — εἰς τὴν ἐπιοῦσαν, in poſterum diem. εἰς ἐμὲ vſque ad ætatem meam. εἰς τόδε τοῦ χρόνου, in id temporis. εἰς τὴν ὑστεραίαν, in poſterum diem. εἰς ἑσπέραν, in veſperam. εἰς ἕω, mane, ſub mane, ſub auroram. εἰς τρίτην ἡμέραν, in diem tertium.

In cùm ad diuiſioné ſpectat. — εἰς ἕνα ἔρχεται ἡ τάξις, ἢ εἰς δύο, ἢ τρεῖς, ἤγουν, ἐν ἑκάστῳ τόπῳ εἷς, ἢ δύο, ἢ τρεῖς, ſtatio in vnum diuiditur, vel duos, vel tres. τὸ ὂν διαιρεῖται εἰς οὐσίαν, καὶ συμβεβηκός, id quod eſt diuiditur in eſſentiam, & in id quod accidit.

In, id eſt, erga. — τῇ ὑμῶν εἰς ἐμὲ εὐνοίᾳ, veſtræ in me beneuolentiæ.

Ad, siue ad personas, siue ad causã referatur.	εἰς ταῦτα, ad hæc. εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον. Homer. Ad Agamemnonem diuum. ἀνελύεσκεν εἰς τὸν ἄρχοντα, retulit ad Archontem. ὠφελεῖ εἰς ἀνδραγαθίαν, confert ad virtutem. εἰς τοῦτο ἐξελήλυθα, propterea veni. εἰς τί ταῦτα λέγεις; quorsum ista disputas?
Apud	διαβεβλημένος εἰς τοὺς Μακεδόνας. Pauſ. apud Macedones insimulatus. εἶπον εἰς ὑμᾶς, dixi apud vos. γνώριμος εἰς πάντας, notus apud omnes, omnibus.
ad, id est, circiter, & vsque.	εἰς τριακοσίους: Pauſ. ad trecẽtos. εἰς θάνατον. Aesop. ad mortem vsque.

In, cùm ad tẽpus ꝑtinet.

εἰς τὴν ἐπιοῦσαν, in posterum diem. εἰς ἐμὲ vsque ad ætatem meam. εἰς τόδε τοῦ χρόνου, in id temporis. εἰς τὴν ὑστεραίαν, in posterum diem. εἰς ἑσπέραν, in vesperam. εἰς ἕω, mane, sub mane, sub auroram. εἰς τρίτην ἡμέραν, in diem tertium.

In cùm ad diuisionẽ spectat.

εἰς ἕνα ἔρχεται ἡ τάξις, ἢ εἰς δύο, ἢ τρεῖς, ἤγουν, ἐν ἑκάστῳ τόπῳ εἷς, ἢ δύο, ἢ τρεῖς, statio in vnum diuiditur, vel duos, vel tres. τὸ ὂν διαιρεῖται εἰς οὐσίαν, καὶ συμβεβηκός, id quod est diuiditur in essentiam, & in id quod accidit.

In, id est, erga.

τῆς ὑμῶν εἰς ἐμὲ εὐνοίας, vestræ in me beneuolentiæ.

εἰς

Ad, siue ad personas, siue ad causã referatur.	εἰς ταῦτα, ad hæc. εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον. Homer. Ad Agamemnonem diuum. ἀνέλυσεν εἰς τὸν ἄρχοντα, retulit ad Archontem. ὠφελεῖ εἰς ἀνδραγαθίαν, confert ad virtutem. εἰς τοῦτο ἐξελήλυθα, propterea veni. εἰς τί ταῦτα λέγεις; quorsum ista disputas?
Apud	διαβεβλημένος εἰς τοὺς Μακεδόνας. Pauſ. apud Macedones inſimulatus. εἶπον εἰς ὑμᾶς, dixi apud vos. γνώριμος εἰς πάντας, notus apud omnes, omnibus.
ad, id eſt, circiter, & vſque.	εἰς τριακοσίους: Pauſ. ad trecẽtos. εἰς θάνατον. Aeſop. ad mortem vſque.

Ob, propter { εἰς δικαιοσύνην ἐπαινεῖται. Aristoph. laudatur propter iustitiam. ἐπιφανεῖς εἰς κακίαν, improbitate nobiles. λοιδορῶμαί σε εἰς δυσγένειαν, vitupero te ob ignobilitatem.

Contra { εἰς τοὺς σοφιστὰς, contra sophistas. εἰς τὸν δῆμον, aduersus populum.

ANNOTAT.

1 Εἰς *Attice iungitur etiam genitiuo per ellipsin accusatiui.* εἰς διδασκάλου, ἤγουν, εἰς οἰκίαν διδασκάλου. *In domum præceptoris. ita* εἰς ᾅδου, *ad Plutonis, ad inferos. vnde Latini sumpserunt. Ad Castoris, & Pollucis, supple, ædem. nos quoque dicimus. ad S. Petri nimirum, templum.* εἰς τοῦ ἁγίου Πέτρου.

2 *Sumitur etiam* ἐπιρρηματικῶς *aduerbij loco hoc modo.* δυνατὸς λέγειν εἰς ὑπερβολὴν, ἤγουν, ὑπερβαλλόντως, *supra modum acer in dicendo.* εἰς τὸ ἀκριβέστατον, *id est,* ἀκριβεστάτως, *accuratissime,* εἰς τὰ μάλιστα, *&* ἐν τοῖς μάλιστα, *hoc*

hoc est, ἐξόχως, eximie. εἰς βάθος, id est, βαθέως, profunde, alte, εἰς καιρὸν, καιρίως, opportune, in tempore. εἰς καλὸν, id est, καλῶς, præclare. εἰς δέον, id est, δεόντως, quod & ἐν δέοντι, ἐν καλῷ, opportune, commode, ex officio, honeste, recte. εἰς τὸ φανερὸν, palam. εἰς τὰ πρῶτα, in primis. εἰς τάχος γράφε, hoc est, ταχέως, celeriter scribit. εἰς τέλος ἀπώλετο, id est, παντελῶς, funditus periit. οὐκ εἰς μακρὰν ἐλεύσεται, ἤγουν, οὐ βραδέως, μετ' οὐ πολὺν χρόνον, non sero, non ita multo post veniet. εἰς νέωτα: in sequentem annum, anno ineunte. εἰς δύναμιν, καὶ εἰς τὸ δυνατὸν ἐπιμελοῦμαι, pro viribus do operam. dicitur etiã εἰς τὸ οἰκεῖον μέρος, pro virili. & εἰς τὸ ἐνδεχόμενον. εἰς τοὔπισθεν, retro. εἰς τ' οὐμφανὲς, propalã.

3 Cum quibusdã aduerbijs redundare videtur. εἰσέπειτα, deinde. εἰσαῦθις, rursus. εἰς τὸ παραχρῆμα, ex tempore. εἰς αὔριον, cras. εἰσαεὶ, semper, in perpetuum. εἰς μακρὰν, procul. εἰς ὅσον, quamdiu. εἰσότε, donec, quoad. ἐς τὸ παραυτίκα, in præsens. εἰς τανῦν, in præsentiarum. εἰς τὸ ἔπειτα, in posterum. εἰς τοὔμπαλιν, contra. εἰς ὅσον, quamdiu, εἰς ὅτι μάλιστα, valde. εἰσάπαξ, semel. ἐς πότε, quando tandem. ἐς τρὶς, ter.

4 *In compositione significat intro, εἰσέρχομαι, ingredior. 2. violentam impressionem. εἰσέπεσεν, irruit, incidit.*

Ἀνὰ in soluta oratione accusatiuo iungitur. Significat autem.

Per	ἀνὰ πόλιν, ἀνὰ στρατὸν, ἀνὰ Ἑλλάδα, per vrbem, per exercitum, per Græciam. ἀνὰ χρόνον, temporis processu. id est, non initio. ἀνὰ πᾶν ἔτος. Dioscor. per singulos annos.
In ἐπὶ	ἀνὰ τὴν ὁδὸν, hoc est, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, in via.
In ἐν	ἀνὰ στόμα ἔχειν. ἤγουν ἐν τῷ, in ore habere, collaudare. Xenoph.
In εἰς	ἀνὰ τὴν πόλιν, id est, εἰς τὴν, in vrbem. τέσσαρες ἀγῶνες ἀν Ἑλλάδα, id est, ἐν Ἑλλάδι. Arch. quatuor certamina sunt in Græcia.
Aduersus contra	ἀνὰ ποταμὸν πλεῖν. Herodot. contra fluuium nauigare.

Distributionem — λαβὲ κηρȣ̃ καὶ ῥυτίνης ἀνὰ οὐγκίαν μίαν. Dioscor. cape ceræ & resinæ singulas vncias. ἔλαβον αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον. Matth. 20. Acceperunt etiam ipsi singulos denarios.. ἀνὰ πέντε ἔτικεν, id est, καθ᾽ ἕκαστον τόκον πέντε, quinos peperit.

Inter — ἀνὰ μέσον τῶν ὀρέων, inter montes. ἀνὰ μέσον τῶν ἀκανθῶν, inter spinas.

Super — ἀνὰ χθόνα, super terram.

ANNOTAT.

1 *Eleganter vsurpatur* ἀνὰ, *pro* διὰ μέσȣ. ἀνὰ στρατὸν, *per medium exercitum*. ἀνὰ δῆμον, *per medium populum*. ἀνὰ ἄστυ, *per mediam vrbem*. 2. *pro* κατὰ. ὦρσεν ἀνὰ στρατόν, *Hom. excitauit per exercitum*. 3. *pro*, ἐν, ἀνὰ μέρος, *id est*, ἐν μέρει, *per partes vicissim*. 4. *pro* ἐπάνω, θῆκεν ἀνὰ μυρίκην, *posuit super myricam*. ἀνά τ᾽ ἔντεα, *& super arma*.

2 *Poetice cum datiuo iunctum reperitur, per* ἐπά-

ἐπάνω, supra, In; & cum genitiuo pro ἐπὶ, ἀνὰ φαιδίμῳ ὤμῳ, *in praeclaro humero.* ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ, *in summo Gargaro.* ὡς εἰπὼν ἀνὰ νηὸς ἔβην. *Hom. sic fatus ad nauem perrexi.*

3 *Pro* σὺν. χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. *Hom. aureo cum sceptro.*

4 *Pro* ἐπὶ, *super.* ἀνὰ βωμοῖς. *Hom. super aris.*

Genitiuum, & accusatiuum habent quatuor, διὰ, μετὰ, κατὰ, ὑπὲρ.

Per — διὰ βίου. Per totam vitam. διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, terra, mariq. διὰ σοῦ τοῦτο γένοιτο, per te hoc fiat. διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐβάδισεν, per medium forum transijt. διὰ μήλων τανυσσάμενος κεῖτο, id est, διὰ πάντων τῶν μήλων, per omnes oues extensus iacebat. διὰ νυκτὸς, id est, διὰ πάσης, tota nocte.

διὰ

Ex { δι' ἀλφίτε πεποιημένος. Plutarch. ex farina confectus. ἔμπλαστρον διὰ φοινίκων καὶ διὰ ῥόδων, emplastrũ ex dactylis & rosis.

In { διὰ χειρὸς ἔχειν, Halicar. In manu habere. διὰ στόματος ἔχω τὸν Αριστοτέλην. In ore habeo Aristotelẽ. διὰ μνήμης ἔχω, memoria teneo. διὰ τιμῆς καὶ θαύματος τοῦτον ἔχω, in honore & admiratione hunc habeo. διὰ φρουρᾶς ἔχω, custodiendum habeo.

ANNOTAT.

Διὰ, significat etiam eleganter.

1 *Interuallum loci.* διὰ δέκα ἐπάλξεων πύργοι ἦσαν, ἤγουν, καθ' ἕκαστον διάστημα δέκα ἐπάλξεων εἰς πύργος ἦν. *Decimo quoque propugnaculo turris erat.*

2 *Interuallum temporis.* διὰ πολλοῦ, *longo interuallo*, διὰ μακροῦ πρὸς ἡμᾶς ἐπέστειλας, ἤ-

ἤγουν, παρελθόντος μακροῦ χρόνου, longo ad nos interuallo litteras misisti. διὰ χρόνου ἑωράκειν αὐτὸν, ἤγουν, μετὰ πολὺν χρόνον, iam pridem illum non videram. δι᾽ ἔτους πέμπτου, ἤγουν, δι᾽ ἑκάστην πενταετηρίδα, quinto quoque anno. διὰ τρίτης. Gal. tertio die. δι᾽ ἐτῶν δὲ πλειόνων παραγενόμην, post annos multos adueni. διὰ παντὸς, semper, perpetuo. διὰ βίου, per totam vitã. Aesop.

3 *Instrumentum.* διὰ μέλανος γράφει, id est, μέλανι, atramento scribit.

4 Rationem seu proportionem. διὰ πασῶν, ex omnibus, quod est in dupla proportione. διὰ πέντε, quod est in sesquialtera ratione.

5 Efficit interdum eleganter pluribus vocibus, quod vno verbo alioquin diceretur. δι᾽ ἐλπίδος ἔχω, idem, quod ἐλπίζω, spem habeo. διὰ φροντίδος ἔχω, φροντίζω, cura mihi est, curo. δι᾽ αἰτίας ἔχω, αἰτιῶμαι, criminor, causam affero. δι᾽ ὀργῆς ἔχω, ὀργίζομαι, irascor. δι᾽ ὑποψίαν ἔχω, ὑποπτεύω, suspicor. διὰ φόβου γίνομαι, φοβοῦμαι, in metu sum. δι᾽ ὄχλου εἰμί σοι, ἐνοχλῶ σοι, molestus tibi sum. διὰ σπουδῆς ταῦτά μοι ἐστί, σπουδάζονται, haec studiose ago. διὰ τιμῆς ἄγειν, in honore habere. διὰ μνήμης ἄγειν, memoriam alicuius scri-

ptus

plis mandare. δι' αἰδοῦς ἄγειν, *id est*, αἰδεῖσθαι, *venerari*.

Διὰ cum accuſatiuo.

Significat.

Cauſam — διὰ τὰ χρήματα πάντα γίνεται, pecuniæ obediunt omnia. διὰ τί; quam ob rem? διὰ τοῦτο. propterea. δι' ὅτι, & διότι, propterea quod. διό, quare.

Per, poëtice, id eſt, κατὰ. — διὰ τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα. Homer. per arma & atrũ ſanguinem. διὰ δώματα, in ædibus. δι' ἄκρας, id eſt, κατὰ τὰς ἄκρας. διὰ νύκτα μέλαιναν, per atram noctẽ. διὰ στόμα, per os.

τὸ ὅσον ἀνήκει. quod attinet. — διά γε ἡμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπολώλοιμεν, id eſt, ὅσον εἰς ἡμᾶς ἀνήκει. Quod ad nos attinet, iã diu perijſſemus. δι' ἐμέγε, quod ad me attinet.

διὰ

Idem interdũ quod διὰ, cũ genitiuo.

διὰ τοὺς Θεοὺς ἐσώθην, id est, διὰ τῶν Θεῶν. Deorum beneficio seruatus sum. διὰ τὴν τύχην μέγας γέγονεν, id est, διὰ τῆς τύχης, Fortunæ beneficio creuit. ὄντε διὰ βροτοί. Hesiod. id est, δι' οὗ, per quem mortales.

ANNOTAT.

Διὰ in compositione significat χωρισμὸν, separationem, ut διαφωνεῖν, discordare, διασκεδάζειν, dissipare. 2. τὸ μέσον, medium. διεκπλεῖν, ἤγουν, διὰ μέσου τῶν ἄλλων πλοίων βέχειν, per medias naues enauigare, elabi. διεξελαύνειν, διὰ μέσου τῶν ἄλλων ἐλαύνειν, per medium transire. Plut. διεξελάσαι τὸν πόρον ἵππῳ, alueũ fluminis equo tranare. διαμπὰξ, utrinque, per uniuersum.

Μετὰ cum genitiuo. Significat.

Cum

μετὰ φίλων, cum amicis. μετὰ σοῦ, tecum. μετὰ λύπης ἡ μάθησις. Arist. discere cum molestia iungitur.

Μετὰ cum datiuo.

pro genitiuo, cum, & in, præsertim apud poëtas. — μετὰ τριτάτοισιν ἄνασσε, id est, μετὰ τῶν τρίων, cum tribus regnabat. μεθ' αἵματι καὶ κονίῃσι, id est, ἐν αἵματι καὶ κονίαις, in sanguine ac puluere. Lucian. Ορφεὺς μετὰ χερσὶν ἔχων τὴν λύραν, Orpheus in manibus lyram tenens.

Inter, poetice — καὶ τὰ μὲν εὖ δάσαντο μετὰ σφίσιν υἷες Ἀχαιῶν. Homer. & illa rectè inter se diuiserunt Græci.

Μετὰ cum accusatiuo.

Post — μετὰ σὲ ἐγὼ ἦλθον, ego post te veni. μεθ' ἡμέρας δύο. Demosth. post duos dies.

ANNOTAT.

1 Μετὰ *in compositione significat participem esse.* μετέλαβον, *particeps fui,* μετέσχον τοῦ πλούτου, *partem aliquam cepi diuitiarum.* 2. *ex vna re in aliam conuersionem.* μεθαρ-

μόζω, transponendo concinno. μεταδιδάσκω, dedocens priora, noua doceo. 3. ex loco in locum immigrationem. μέτοικος, inquilinus, nouus incola. μετανάστης, profugus, extorris.

2 Sumitur etiam ἐπιρρηματικῶς, hoc est aduerbij loco cum genitiuo. μετὰ δικαιοσύνης, pro, δικαίως, iuste. μετ᾽ ἀνδρείας, pro, ἀνδρείως, fortiter. μετὰ φόβου, pro, ἐμφόβως, timide. μετ᾽ ὀργῆς, pro, ὀργίλως, iracunde. μετ᾽ ἐπιστασίας, ἐπιστατικῶς, diligenter, attente.

3 Item eleganter cum genitiuo significat, vt alicui videtur, siue, ex cuiuspiam sententia. οὐ σοὶ δοκεῖ μετὰ Πλάτωνος; pro, ὥσπερ δοκεῖ καὶ Πλάτωνι, non ne sentis cum Platone? 2. Auxilium. ἔσεσθαι μετὰ τούτων τοὺς Θεοὺς, hoc est, βοηθήσειν, fore cũ his deos, id est, συμμαχήσαντες ἀλλήλοις, simul pugnantes. 3. Instrumentum. μετὰ τούτων τῶν χρημάτων ὠφελοῦμεν τοὺς γνωρίμους, hoc est, τούτοις τοῖς χρήμασι, his rebus iuuamus necessarios.

4 Cum datiuo significat poëtice. Inter. μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη Θεός, id est, μεταξὺ πάντων. Inter omnes. ita μετὰ Κρήτεσσι. inter Cretenses. μετὰ σφίσι, inter se. Interdum pro ἐν poëtice, μετὰ στρατῷ, in exercitu μετὰ φρεσὶ, in mente. μετὰ χερσὶ, in

in manibus. 3. *Denique instrumentum.* μετὰ χερσὶν ἐρύσατο Φοῖβος Απόλλων, *manibus eripuit Phœbus, Apollo.*

5. *Cum accusatiuo significat,* εἰς, *poetice,* μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας, *ad optimos Aethiopes.* 2. ἐν, πᾶσι μετὰ πληθὺν, ἤγουν, ἐν τῷ πλήθει, *in multitudine.* μετὰ χεῖρας ἔχει, *in manibus habet.* 3. διά. ἑὸν μετὰ κάλλος. *Hom. ob eius pulchritudinem.* 4. τὸ δεύτερον, *ut Latine, secundum.* μέγιστον μεθ' ἑαυτὸν δυναμένου. *qui plurimum secundum se poterat.* 5. *Denique tempus.* μεθ' ἡμέραν. *Demosth. in Mid. de die, interdiu.*

K A T A'.

Κατὰ cum genitiuo & accusatiuo, diuersa tamen significatione, copulatur.

Κατὰ cum genitiuo. Significat.

τὸ ἐναντίον, contra	κατὰ σοφιστῶν λέγειν. Isoc. contra Sophistas dicere. κατὰ Κτησιφῶντος ὁ λόγος, contra Ctesiphonem oratio.
In	κατὰ πετρῶν σπείρεις, in petris seris.
τὸ ἐπάνω, supra	κατὰ γῆς κάθημαι, supra terram sedeo.

motum ad inferiora	φέρεται κατὰ κρημνῶν, fertur in præceps.
τὸ ὑποκάτω, Infra.	τὰ κατὰ γῆς κολαστήρια, subterraneæ carnificinæ. ἔδυ κατὰ τῆς γῆς, sub terram descendit.

Κατὰ cum accusatiuo. Significat.

Pro, vel A	κατ' ἀξίαν, pro dignitate. κατὰ δύναμιν, pro viribus. κατὰ νῶτον, à tergo.
similitudinē.	καθ' Ὅμηρον γράφει, secundùm Homerum scribit, hoc est, Homerum scribendo imitatur.
locum. In	κατ' ἀγορὰν, in foro.
tempus.	καθ' ἡμᾶς ἐγένετο ἀνὴρ σοφὸς, nostra ætate fuit vir sapiens.
Iuxta.	ὁ κατὰ τοὺς ἐκεῖ, qui iuxta illos erat.
Per	καθ' αὑτὸ, per se. κατὰ συμβεβηκὸς, per accidens.
motum ad aliquid.	κατὰ νῆας, ad naues, sed hoc poeticum videtur.

κατὰ

ex, siue secundum. { κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ, ex præscripto Magistri, κατὰ Ἰωάννην secundum Ioannem, id est, auctore, seu scriptore Ioanne.

ANNOTAT.

1 *In compositione significat.* ἔμφασιν, *vel* ἐπίτασιν, *vt,* κατέφαγον, *deuorauit.* 2. ἐναντιότητα, *vt* κατηγορῶ, *accuso.* 3. τὸ κάτω, *vt,* Κατέρχομαι, *descendo.* 4. *impetum in aliquem, vt,* καταβοή, *conuicium.* 5. *ad idem conuersionem, vt,* κάθοδος, *reuersio in patriam.*

2 Κατὰ, *cum genitiuo significat poëtice* ἀπὸ, *vt* κάτ' Οὐλύμποιο καρήνων, *ab olympi vertice.* κατὰ τῶν πετρῶν ῥίπτειν. *Plut. De saxis deijcere.* κατ' ἵππων ἀΐξαντες. *ex equis desilientes.* 2. τὴν περὶ, *De,* ἔπαινος κατὰ τῆς πόλεως, *laus de ciuitate, laus vrbis,* ἐγκώμιον καθ' ἡμῶν, *Encomium de nobis.* 3. κατηγορίαν λογικὴν, *quam logicam prædicationem vocant. vt,* τὸ ζῶον λέγεται κατὰ τοῦ ἀνθρώπου, *animal dicitur de homine. cum dicimus videlicet, Homo est animal.* 4. τὴν εἰς, *In, poetice,* κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας, *in terram defixis*

fixis oculis. 5. διὰ, *per, vel in.* κατὰ σπλάγχνων ὠθεῖ τὸ ξίφος, *per viscera, vel in viscera ensem adigit.* 6. *Insiurandum.* ἐπομοσάμενος κατὰ πάντων τῶν Θεῶν. *Lucian. Iurans per omnes Deos.* 7. τὸ ὄπισω, *post.* κατὰ νώτου βοηθοῦντες. *Thucyd. Post tergum, siue, à tergo opem ferentes.*

3 *Cum datiuo vsurpatur interdum apud Poëtas, pro* ἐν, *vt* κατ' ὄρεσφιν, *pro* ἐν ὄρεσι, *in montibus.* 2. *pro* ἀπὸ, κατὰ δέσφιν αἷμα λείβετο, *pro* ἀπ' αὐτῶν. *& ex eis sanguis fundebatur.*

4 *Cum accusatiuo significat.* εἰς, *poetice.* κατὰ στῆθος βάλλει. *in pectus iaculatur.* 2. ἐν. καθ' ὁδὸν, *in via.* κατὰ χώραν, *in regione. Idque cõmuniter.* 3. τὸ ἀνῆκον, *quod spectat, vt,* τὰ κατ' ἐμὲ, ἤγουν, τὰ ἀνήκοντα εἰς ἐμὲ, *quæ ad me attinẽt.* 4. τὸ ἔμπροσθεν, *coram.* κατ' ὀφθαλμοὺς σοι λέγει, *corã. In oculis tibi dicit. Te inspectante, te audiente. Quod Itali vsurpant. T el dice ne gli occhi.* 5. τὸ ἀντικρύ, *è regione, aduersus.* κατὰ Βορέαν ἑστηκὼς, *cum ad Boream constitisset.* 6. τὴν διὰ, *vt,* κατὰ στόμα ᾄδειν, *pro* διὰ τοῦ στόματος, *per os, hoc est, ore canere.* κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν *id est,* διὰ γῆς, *&c. terra marique.* αὐτὸς καθ' αὐτὸν, *ipse per se.* κατὰ σφέας μαχέσονται, *per se ipsi pugnabũt.*

8 *di-*

8. *distributionem.* κτ φυλὰς καὶ κτ φρήτορας, *per tribus & familias.* ἀνεχώρησαν κτ πόλεις ἕκαστοι, κατ' ἐνιαυτὸν, *vel* κατ' ἔτος *singulis annis.* κτ μῆνα, *singulis mensibus.* 9. τὸ συμφώνως, *ex.* κτ τοὺς νόμους, *ex legibus, id est,* συμφώνως τοῖς νόμοις *ut leges præcipiunt.* κτ τάδε σπένδεσθαι, *ex his pacisci.* κτ νοῦν καὶ κτ γνώμην χωρεῖ, *ex animo, & ex sententia succedit.* κτ τὴν ἐμὴν δόξαν, *mea sententia.* 10. *opinionem cuiuspiam.* κτ Δημοσθένη, κτ Πλάτωνα, ἤγουν, κτ τὴν δόξαν ἐκείνων, *ex Demosthenis sententia, auctore Platone.* 11. τὸ ἰθὺ, *ut,* βάλλει κτ σκοπὸν, *id est,* ἰθὺ τοῦ σκοποῦ, *iaculatur recta ad scopũ, scopum attingit, petit.* 12. τὸ πρέπον, *decorum.* ταῦτα οὐ κατ' αὐτὸν, ἤγουν, οὐ πρέποντα αὐτῷ, *hæc non illum decent.* 13. τὸ δυνατὸν, *ut illa,* οὐ κατ' ἐμὲ, *hoc est,* οὐ κτ τὴν ἐμὴν δύναμιν, *hæc non pro meis viribus.* ἐμαχόμην κατ' ἐμαυτὸν, *per me ipse pugnabam, hoc est, solus, nullo adiutore.* πλέον ἢ κτ ἄνθρωπον, *plus quam hominis ferat natura, &c.* 14. *Denique idem quod* διὰ, *apud Thuc. cuius illa sunt.* οὐδ' αὖ κτ πενίαν, ἤγουν, διὰ πενίαν, *neque vicissim per inopiam.* κτ τὸ Ἀθηναίων διάφορον, ἤγουν, διὰ τὸ,

propter Athieniensium dissidium. κατὰ στάσιν, *ob seditionem.* πέμψαντες εἰς τοὺς Ἀθηναίους κατά τε παλαιὰν συμμαχίαν, *cum ad Athenienses misissent, & ob veterem societatem, &c. Latini hæc sæpe præpositione, per, efferre solent. Hinc Horatius. Neque per nostrum patimur scelus, &c. Cic. pro Deiot. Per dexteram te istam oro, &c.*

ΥΠΕΡ.

Tum genitiuo, tum datiuo, diuersa fere significatione cohæret.

Ὑπὲρ cum genitiuo. Significat..

auxilium seu defensionem.	ὑπὲρ Κτησιφῶντος ὁ λόγος, pro Ctesiphonte oratio. ὑπὲρ ἐμοῦ, pro me.
τὴν περί. De	ὑπὲρ ἧς διαλέξομαι ἐν οἰκείῳ τόπῳ. Halic. de qua suo loco differam.
τὸ ἐπάνω, supra, super.	ὑπὲρ καπνοῦ τίθησι τὸ πηδάλιον. Temonem, stiuam supra fumum ponit. ὑπὲρ γῆς. Plato, super terram. τὰ ὑπὲρ γῆς καὶ τὰ ὑπὸ γῆν, quæ supra atque infra terram sunt.

Ὑπὲρ

Ὑπὲρ cum accusatiuo. Significat.

τὸ πλέον, plus, vel supra.	τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος Lucian. fama est Chaldæos supra centum annos viuere.
τὸ ἐπέκεινα, trans, vltra.	ὑπὲρ τὴν Θρᾴκην ἡ Μακεδονία, trans vel vltra Thraciam sita est Macedonia.
τὸ ἐπάνω, supra.	ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης. Hom. supra magnum hiatum maris.
Per.	ὑπὲρ ἅλα ναυτίλλεσθαι. Apoll. nauigare per mare.
Præter.	ὑπὲρ μόρον. Hom. præter fatũ.

ANNOTAT.

1 *Ὑπὲρ in compositione significat auxilium, vt* ὑπερμαχῶ, *propugno.* 2. τὸ ἐπέκεινα, *vltra.* ὑπερακοντίζω, *vltra iaculor, supero.* 3. ὑπερβολὴν, *vt* ὑπερπλουτῶ, *supra quam dici possit ditesco.* ὑπερφρονεῖν, *plus æquo sapere.* 4. τὸ ἐπάνω, *vt* ὑπερέχειν τῆς κεφαλῆς τὴν χεῖρα, *manum supra caput habere.*

2 ὑπὲρ *quando genitiuo adiungitur; eleganter ad causam refertur.* ὑπὲρ δόξης ἀποθνήσκειν *pro*

pro fama, & existimatione mortem oppetere. δοῦναι δίκην ὑπὲρ πανυργημάτων, *dare scelerum pœnas.* 2. *significat idem ac* περὶ *de.* ὑπὲρ ἀρχομένων δέδοικα, *de subiectis vereor.* 3. ἀντί. ἐρώτησον αὐτοὺς, μᾶλλον ἢ τοῦτ' ἐγὼ ὑπὲρ σοῦ ποιήσω. *Demost. Illos interroga, vel potius ego id pro te faciam.* 4. *Denique idem ac* πρὸς *in iureiurando.* ὑπὲρ Χριστοῦ δέομαί σου, *id est,* πρός. *Per Christum te obsecro.* καὶ μιν ὑπὲρ πατρὸς καὶ μητρὸς λίσσεο, *& illum per patrem ac matrem obtestare.*

3. ὑπὲρ *accusatiuo iuncta significat.* 1. τὸ ἐπέκεινα, *trans, ultra.* ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἅλλεται, *ultra fossas salit.* ὑπὲρ τὴν ἀξίαν εὖ πράττει, *supra, vel præter dignitatem secundis utitur rebus.* ὑπὲρ ἄνθρωπον φρονεῖ, *supra hominem sapit. plus æquo. plusquam ferat hominis ingenium.* 2. τὸ μᾶλλον ὑπὲρ χιόνα λάμπει, *id est,* μᾶλλον τῆς χιόνος, *supra niuem nitet.* 3. τὸ πρότερον, *prius.* τὸν ὑπὲρ τὰ μηδικὰ πόλεμον, *bellum quod res Medicas præcessit.* 4. *Denique,* τὸ ἔξω καὶ παρά τι, *extra, & præter.* κατ' αἶσαν οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν, *ex fato, nec supra fatum. vel, ex decoro, nec supra decorum, &c.*

Genitiuum, datiuum, & accusatiuum habent hæ sex præpositiones, πρὸς, παρὰ, ὑπὸ, ἐπὶ, ἀμφὶ, περὶ.

ΠΡΟΣ Cum genitiuo.

Significat.

motum à persona A vel Ab.	πρὸς Θεοῦ τὰ ἀγαθὰ, id est, παρὰ Θεοῦ, A Deo sunt bona.
ὅρκον, adiurandi vim.	ποίησον πρὸς Θεοῦ, fac per Deum. πρὸς Διὸς φέρτον, Aristoph. Cedo per Iouem.
ἔμπροσθεν, coram.	πρὸς τε Θεῶν μακάρων πρὸς τε θνητῶν ἀνθρώπων, & coram beatis dijs, & coram mortalibus hominibus.
τὸ καθῆκον, officium.	οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ, non est sapientis medici.

Πρὸς cnm datiuo. Significat.

τὸ πλησίον, prope, ante, præterea, cùm de re inanima est sermo.	πρὸς τοῖς ποσὶ, ante pedes. πρὸς τῷδε, præterea. πρὸς τούτοις, ad hæc.

πρὸς

περιθήκην, vel σὺν, cũ, præter.	πρὸς τῷ ἱματίῳ δός μοι ἀργύριον, cum veste, vel, præter vestem da mihi argentum.
ἐγγὺς, prope.	πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου, Lucian. sub vitæ finem.

Πρὸς cum accusatiuo. Significat:

κίνησιν ἐπὶ ἀψύχου, motum, cum de re animata agitur. Ad.	ἔρχομαι πρὸς τὸν φίλον, eo ad amicum.
ἀναλογίαν, proportionem.	ὡς ἔχει τὰ δύο πρὸς τὰ τέσσαρα, οὕτω τὰ τέσσαρα πρὸς τὰ ὀκτὼ, quæ est ratio duorum & quatuor, eadẽ est quatuor & octo.
παράδειγμα.	πρὸς αὐλὸν ᾄδει, ad tibiam canit.
κατὰ secundum	πρὸς τὸ πνεῦμα πέτονται, volant secundum ventum.
τὸ ὁμοῦ, simul.	πρὸς τὸν Θεὸν. idest, μετὰ Θεοῦ, Cum Deo, σπονδὰς ποιεῖται πρὸς αὐτούς. Halic. fœdus cum illis facit.

ANNOTAT.

3 *In compositione significat* . ἐγγύτατα , *propinquitatem* . προσέρχεταί τις, *accedit quispiam*. 2. καταφυγὴν *perfugium*. προσφεύγων πρὸς τὸν φίλον, *ad amicum confugiens*. 3. σχέσιν τινά , *habitum & affectionem quandam* . προσβάλλει ἡ ἀκτὶς τῷ ἀγάλματι, *ferit radius simulacrum*. τίς ἡ φωνὴ προσέβαλεν ; *quæ vox eminus pepulit aures nostras ?* 4. *interdum extenuandi vim habet* . προσψαύω, προσάπτομαι, *id est*, ἄκροις δακτύλοις ἅπτομαι, *summis digitis attingo*.

2 πρὸς, *sæpe aduerbij vim habet in his, & horum similibus* . πρὸς ὀργὴν ἔχει, *pro* ὀργίλως , *iracunde se gerit* . πρὸς καιρὸν ἐγένετο, *pro* καιρίως, *opportune, in tempore factum est*. πρὸς ἀφθονίαν ἔχομεν, *pro* ἀφθόνως, *abunde, affatim habemus* . πρὸς βίαν ἄρχει *pro* βιαίως, *per vim imperat* . πρὸς ἀφοσίωσιν εἶπεν, *pro* ἀφοσιωτικῶς, *ad expiandum dixit* . *Denique vsurpatur etiam sine casu, vt* δέκα μναῖ καὶ πρός. *hoc est*, καὶ πρός τι, καὶ πλέον τι, *decem minæ & eo amplius* .

3 πρὸς *genitiuo iuncta*. 1. *indicat* κέλευσιν, *iussionem* . πρὸς ἄλλης ἱστὸν ὑφαίνοις, *id est*, κελευομένη ὑφαίνοις, *ab alia telam texas, id est, iussa*

sa texas. 2. *Refertur ad genus indicandum.* Ἡρακλεῖδαι τὰ πρὸς πατρὸς, ἢ πρὸς μητρὸς, *Heraclidæ, quod ad Patrem, vel ad matrem spectat. id est,* κατὰ γένος τοῦ πατρὸς, *&c. Italice, da canto di padre, &c.* οἱ πρὸς αἵματος, *id est,* οἱ συγγενεῖς, *cognati. Ital. del sangue.* 3. *significat* ἔλλειψιν τοῦ μέρους, *ut* πρὸς Βορέου, *id est,* πρὸς τὸ μέρος τοῦ Βορέου, *ad Borea, supple, partem.* 4. *Idem quod* ὑπὲρ, *cùm ad opem spectat.* πρὸς ἡμῶν ἔσται, *pro nobis, vel, à nobis erit.* πρὸς ἐμοῦ λέγει, *pro me dicit.* 5. *Sumitur pro* ἀπὸ, *ex, de.* ἔπεσε πρὸς οὐρανοῦ, *cecidit è cœlo.* 6. *pro* ἐναντίον, *coram.* πρὸς Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἀναίτιος. *Synes. coram Deo & hominibus innocens.* 7. *pro* κατὰ *contra.* πρὸς ἐχθροῦ ἐπιφέρων τὴν ψῆφον, *contra inimicũ sententiam ferens.*

4 πρὸς *cum datiuo interdum significat prope, etiam quũ de inanimis agitur.* πρὸς τοῖς πολεμίοις, *prope hostes.* 2. *vsurpatur pro* ἐν, πρὸς τοῖς ἱεροῖς ὀρχοῦνται, *in sacris saltant.* 3. *occupationem indicat in re quapiam.* εἰμὶ πρὸς τούτῳ, *totus in hoc sum.* πρὸς μείζοσιν ὄντας, *in rebus maioribus occupatos.* πρὸς θυσίαις διατρίβει, *Plut. in sacrificijs versatur.* 4. *Sumitur pro*

κατὰ

κατὰ apud poetas. πρὸς Ἀτρείδαισιν ἤχμασας χέρα, contra Atridas armasti manum.

5 Πρὸς *denique cum accusatiuo varium habet vsum & elegantem. nam* 1. *motum significat etiam ad inanima, vt* πρὸς τὸ τέμενος ἤειμεν τοῦ Θεοῦ, *ad delubrum ibamus Dei.* πρὸς τὸ χεῖρον ἐπιῤῥεῖ. *S. Basil. In peius ruit.* 2. *vsurpatur pro* ἐν, πρὸς τὸ παρὸν, *pro* ἐν τῷ παρόντι, *in præsenti.* 3. *commutationem indicat.* καταλλάττομαι τὰ χρήματα πρὸς σέ. *pecunias tecum permuto.* πρὸς ἀργύριον πωλεῖ, *argento vendit.* 4. *prope.* βότρυς πρὸς βότρυν πεπαίνεται, *racemus apud racemum maturescit. Inde apud Latinos: ad ignem, ad aquam, pro, apud. Cic. Att. signa ad Caietam exposita sunt. Horat. Nunc ad aquæ lene caput sacræ.* 5. *Inter.* ἡ πρὸς ἡμᾶς φιλία, *nostra amicitia. id est, quæ inter nos intercedit, &c.* ἡ πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπία, *humanitas erga peregrinos.* 6. *indicat* ἐναντιότητα, *vt,* μὴ πρὸς λέοντα δορκάς; *num aduersus leonem dama?* 7. *comparationem.* πρὸς ῥόδα ἀνεμώνη, *cum rosis papauer.* 8. *idem quod* παρὰ, *apud,* καταγέλαστα πρὸς τοὺς πολλοὺς, *pro* παρὰ τοῖς πολλοῖς, *ridicula in vulgus.* πρὸς ἐμαυτὸν σκέπτο-

ϖοιμαι, pro παρ' ἐμαυτῷ, mecum ipse reputo. 9. sumitur pro κατὰ, contra. πρὸς Θεὸν αἱ ἁμαρτίαι, pro κατὰ Θεοῦ, peccata aduersus Deum. τοῦτο ποιεῖ πρὸς ἀμβλυωπίαν. Hoc facit contra oculorum hebetationem. σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν, durum est tibi contra stimulum calcitrare. 10. Idem ac διὰ, propter. πρὸς ταῦτα μὴ τύπτε με. Aristoph. ob hac ne me verbera. πρὸς ταῦτα Ὀδυσσεὺς ὑβριζέτω, ob hac Vlysses iniuriam faciat. 11. sumitur & pro, μετὰ, cum, πρὸς τὸ ἀξίωμα. Demost. pro dignitate. πρὸς ἀρετὴν τὰς τιμὰς νέμειν. Plut. pro meritis, vel ex virtute honores tribuere. 12. collationem indicat siue comparationem. μικρὰ βλάβη τὰ ἄλλα πρὸς ταῦτα, exigua reliqua damna ad hac. id est, si cum his conferantur. μικρὸς ὥς γε πρὸς τὸν ἅπαντα, paruum si cum vniuerso comparetur. ὡς πρὸς ἐμὲ οἱ ἄλλοι ἀνδράποδα, mancipia sunt alij si mecum conferantur. Hinc illud fortasse apud Latinos. Nihil ad Platonem. Nihil ad Cæsarem. hoc est, nihil si cum Platone conferatur. Ital. Non hà che far con Platone. 13. τὸ τελικὸν, id est, vim habet causa finalis. πρὸς τί ταῦτα λέγω; id est, διὰ τί, &c. Quorsum

sum hac disputo? Denique τὸ ἀνῆκον, *id quod attinet. Ita dicunt,* οὐδὲν πρὸς ἐμὲ, ἤγουν, οὐδὲν ἀνήκει πρὸς ἐμέ. *nihil ad me attinet. Latine quoque dicitur. Nihil ad me. quid ad te?* σμικρὰ ἂν εἴη πρὸς ταῦτα. *Plat. parua fuerint præ his.* 15. *Redditur etiam Latinè apud, inter.* διαβάλλει ἡμᾶς πρὸς Θεὸν, καὶ πάλιν ἡμᾶς πρὸς ἀλλήλους. *Traducit nos apud Deum, & rursus nos inter nos.*

Παρὰ cum genitiuo.

Significat.

Motū à persona A vel Ab	παρὰ τοῦ βασιλέως ἡ δικαιοσύνη, à rege iustitia. παρὰ Θεοῦ, à Deo. παρὰ πατρὸς, à patre.

Παρὰ cum datiuo. Significat.

prope, vel apud, & fere de re animata dicitur.	παρὰ τῷ βασιλεῖ κάθηται. prope regem sedet.

Παρὰ cum accusatiuo. Significat.

prope, iuxta, secus, sed de re inanima.	παρὰ τὴν θάλασσαν, iuxta, vel, prope mare. παρὰ τὴν ὁδὸν, secus viam.

motum ad aliquid. Ad	παρὰ σὲ ἔρχομαι, ad te venio. Δεῦρο παρ' ἡμᾶς φοίτα. Plato. veni ad nos.
τὸ διά τι, caussam.	παρὰ τὸ ἀδικεῖν ἡ τιμωρία, ex peccato supplicium. παρ' οὐδὲν ἕτερον. ob nihil aliud. παρὰ τί; Dinarchus. Quare?
τὸ ἔξω, præter vel contra.	παρὰ τὸ δίκαιον πράττει, præter ius agit. παρὰ λόγον, præter rationem. παρὰ γνώμην συμβαίνει, præter opinionem accidit. παρὰ τὴν φύσιν, præter naturã. παρὰ πάντα τὰ δίκαια, præter vel contra omnia iura.

ANNOTAT.

1 παρὰ *in compositione significat* σύγκρισιν, *comparationem*, παρατίθημι, παραβάλλω, *cum significat, confero.* 2. στάσιν πλησίον, *propinquitatem.* πάρεστιν, *adest.* 3. διάβασιν, *transitum.* παραμείβω, τὸ διαβαίνω. *cũ significat, transeo.* 4. τὸ παρῳχημένον, *ut* παρῆλθεν ὁ καιρὸς, *præterijt tem-*

tempus. 5. *motum & propinquitatem.* παρέβαλεν εἰς Σικελίαν, *appulit in Siciliam.* ταῖς ἀμπέλοις παραβάλλειν κόπρον. *fimum vitibus admouere, vel, fimum miscere, vt Plin. dixit.* 6. *aliquid cũ aliquo facere vel pati.* παραπολαύειν, *pro* συναπολαύειν, *simul frui.* παραδυναστεύειν, *pro* συνάρχειν, *vna regnare.*

2 παρὰ *cum genitiuo etiam cum inanimis significat A vel Ab, pro* ἀπὸ, *apud poetas fere.* παρὰ νηῶν, *pro,* ἀπὸ νηῶν. *Hom. à nauibus.* 2. *idẽ quod,* ἀπὸ μέρους. *nomine alicuius, verbis, &c.* λέγειν ταῦτα παρ᾽ ἐμοῦ. *Xenoph. hæc illi ex me dicere: meo nomine.* τοῖς πλουσίοις ἀπάγγελε ταῦτα παρ᾽ ἡμῶν. *Lucian. hæc diuitibus renuntia nostris verbis. Ital. da mia parte, in nome mio.* 3. *Præ. vel supra, apud poetas.* ἔχει τιν᾽ ὄγκον Ἄργος Ἑλλήνων πάρα. *Eurip. habet aliquid excellens Argus præ ceteris Græcis.*

3 παρὰ *cum datiuo interdum etiam quũ de animatis est sermo, prope significat, præsertim apud poëtas.* παρὰ νηυσίν. *Hom. prope naues. interdum ad tempus refertur, vt apud Plut.* παρὰ τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις θνήσκειν, *in ciuilibus bellis mori.*

4 παρὰ *cum accusatiuo significat,* ἐπιμολογουμένως,

κῶς, idem quod, ἀπὸ, vt Ἀπόλλων λέγεται παρὰ τὸ Ἀπόλλειν, pro ἀπὸ τοῦ ἀπόλλειν, Apollo dicitur ab ἀπόλλειν, à perdẽdo. 2. refertur eleganter ad tẽpus. παρὰ πάντα τὸν χρόνον, pro διὰ παντὸς, in, vel pro omne tempus. παρ' ὅλον τὸν βίον. pro διὰ παντὸς τοῦ βίου, per totam vitam. παρὰ τὸ δεῖπνον, hoc est, ἐν τῷ καιρῷ τοῦ δείπνου. inter cænandum. παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα, Demosth. recentibus delictis. παρὰ τὸν πλοῦν, inter nauigandũ. παρὰ τὰς χρείας, cum est operæpretium. παρὰ τοὺς κινδύνους. Halic. inter pericula. 3. significat statum. παρὰ τὰς ἐπάλξεις ἑστῶτες. Plut. inter propugnacula stantes. 4. comparationem. παρ' ἀλλήλους ἐξεταζόμενοι, cum, πορφύραν παρὰ πορφύραν κρίνει. 5. τὸ καθάπερ ἡ εὐοσμία καὶ ἡ εὐχροια παρὰ τοὺς τόπους εἰσὶν, hoc est, καθὼς ἔχουσι τόποι, fragrantia & coloris bonitas pro locis, vel, pro locorum varietate censentur. 6. alternum tempus aut rem. ἡμέραν παρ' ἡμέραν, hoc est, μίαν ναὶ, καὶ ἄλλην οὔ, alternis diebus. παρὰ μῆνα τρίτον. Aristot. tertio quoq. mense. πληγὴν παρὰ πληγήν. Aristoph. Alternas plagas incutiens. 7. τὸ πολὺ καὶ ἔξω, vnde illa. παρὰ πολὺ κατεδικάσθη, id est, οὐ παρ' ὀλίγον καὶ παρ' ὀλίγας ψήφους, multis suffragijs

fragijs damnatus est, nec leuibus de causis, &c quod etiam pro, κίαν, valde, usurpatur ut apud Aristoph. παρὰ πολὺ δεινότατον ἔργον, *longe grauissimum facinus.* παρὰ τοσοῦτον ἦλθεν ἡ Μιτυλήνη ἀπολέσθαι, *hoc est,* τοσοῦτον ἐδέησεν ὀλίγου, *tam parum abfuit quin periret Mitylene.* παρ' οὐδὲν ἦλθεν ἀποθανεῖν, *id est,* ὀλίγου ἐδέησεν ἀποθανεῖν, *nihil propius factum est, quam ut moreretur. parum abfuit quin interiret.* S. *Nonnunquam prope vel, cum, etiam de re animata.* αἰεὶ κολοιὸς παρὰ κολοιὸν, *graculus cum graculo facile congregatur.*

5 *In compositione eadem fere significat. praeter, contra.* παραλογίζεσθαι, *male ratiocinari,* παραβουλεύεσθαι, *male suadere.* παράλογον, *praeter rationem.* παράδοξον, *inopinatum.* 2. *prope.* παραβάλλομαι, *comparor.* παρατίθημι, *appono.* 3. *ab.* παράγω, *abduco.* 4. *ad.* παραδέχομαι, *admitto, suscipio. Alios denique usus habet quamplurimos, ut ex lexicis & scriptoribus intelligi potest.*

Ὑπὸ cum genitiuo. Significat.

Caussâ, id est, ꝓpter. Præ.	ὑπὸ νόσου οὐ περιπατεῖ, idest, διὰ νόσου, propter morbum non ambulat. ὑπὸ σπουδῆς. Halic. præ diligentia.
A, vel Ab.	ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταναλίσκεται, ab igne consumitur.
Ex, de.	ὑπὸ συνθήματος, ex composito, ex compacto.
Per.	ὑπὸ κήρυκος προηγόρευσε τοῖσιν Ἴωσιν Herodot. Per præcones edixit Ionibus.
Sub.	ὑπὸ χιτῶνος, sub tunica. ὑπὸ μάλης βιβλίον ἔχων, sub hala librum habens. ὑφ' εἵματος, sub veste.

Ὑπὸ cum datiuo. Significat.

Sub.	ὑπὸ δένδρῳ, sub arbore. ὑπὸ τῇ λεοντῇ γελοῖόν τινα πίθηκον περιστέλλει, sub pelle leonina ridiculam tegit simiam.

Ὑπὸ

Cum ~. — ὑπὸ φωτὶ πολλῷ. Plut. multa ~ cum luce, multo lumine ~. pro, μετὰ φωτὸς πολλοῦ. ὑπὸ δικαιοσύνῃ διάγειν τὸν βίον. Plut. pro, μετὰ δικαιοσύνης, iuste vitam traducere.

A, vel ab apud poëtas — ὑπὸ δουρὶ τυπείς, pro ὑπὸ δουρός, hasta percussus. χερσὶν ὑφ' ἡμετέροισιν ἑλοῦσα, ex nostris manibus capiens.

Coram. — λέγω δὲ ὡς ὑπὸ Θεῷ μάρτυρι, dico tanquam coram Deo teste ~.

Ex. — ὑπὸ τραύματι ἐταλαιπώρει. Halicar. male habebat ex vulnere ~.

Ὑπὸ cum accusatiuo. Significat.

Sub. — ὁ στρατιώτης ὑπὸ τὸν στρατηγόν, miles sub duce.

Infra. — ὁ μὲν ὑπεράνω, ὁ δ' ὑπ' αὐτόν. Lucian. alter supra, alter infra ipsum.

ANNOTAT.

1 *In compositione significat*. τὸ ὑποκάτω, *sub &c.* ὑπέχω, *sustineo.* ὑπακούω, *subaudio, obedio*. 2. τὸ ὀλίγον. ὑπέρυθρος, *subrufus.* ὑπόλευκος, *subalbidus, candicans*. 3. τὸ κατὰ μικρὸν, *vt,* ὑπέρχομαι, *subeo, obrepo.* ὑπάγω, *in fraudem impello*. 4. τὸ λάθρα, *clam, vt,* ὑφείλετο, *subtraxit, surripuit*. 5. περικοπὴν καὶ περιτροπήν τινα, *vt,* ὑπέτεμεν, *succidit*. ὑπέκρουσεν, *subcrepuit, interpellauit*. ὑπεσκέλισεν, *supplantauit*. 6. *Redundat interdum. Vt,* ὑπολείπω, *relinquo.* ὑπέδειξεν, *indicauit*. ὑπέφηνεν. *demonstrauit*. ὑποκάτω, *infra*.

2 ὑπὸ *cum genitiuo sæpe significat rem, seu personam efficientem cum verbo passiuo*. ὑπὸ κυμάτων ἄγομαι, φέρομαι, *fluctibus agor, feror. & cum verbo neutro*. συμφορᾷ περιπέπτωκα ὑπὸ σοῦ, *in calamitatem incidi à te, hoc est, per te, tua causa, &c.* 2. *significat,* διὰ *per,* τοῖς πολλοῖς τὰ τῶν ὀλίγων ὑπὸ ψηφισμάτων διανέμων, *multitudini res paucorum per decreta distribuens*. 3. *Denique* μετὰ *cum* ὑπὸ πτερύγων, *cum alis*.

3 ὑπὸ *cum datiuo significat interdum*. ὑποκάτω,

κάτω, *sub*, *vel* μετὰ *cum*. καλῇ ὑπὸ πλατανίςῳ, *pulchra sub platano*, *vel*, *cum platano*. 2. ὑποταγὴν, *subiectionem*. ὑπ' Ἀθηναίοις εἰσὶ, *subiecti sunt Atheniensibus*. ὑπὸ σοὶ διδασκάλῳ, *te magistro*. ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένοντο, *in potestatem Romanorum venerunt*. ὑπ' Ἀδμήτῳ τέκεν. *Homer*. ὑπ' Ἀγχίσῃ, *sub Admeto*, *sub Anchise peperit*, *hoc est ex Anchise*, *ex Admeto*, *&c*.

4. ὑπὸ *cum accusatiuo saepe refertur ad tempus*. ὑπὸ νύκτα, *id est*, τῷ καιρῷ τῆς νυκτὸς, *sub noctem*. ὑπὸ τὸν Λακωνικὸν πόλεμον, *Laconici belli tempore*. ὑπὸ τὴν κατάλυσιν τοῦ πολέμου, *sub belli finem*. ὑπὸ τὸν σεισμὸν, *terramotus tempore*. ὑπὸ τὸν κύνα, *sub caniculam. cum Sol est in canicula*. ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, *per eadem tempora*.

Ἐπὶ cum genitiuo. Significat.

Super. { τὰ ζῶα ἐπὶ γῆς, animalia super terram. ἐφ' ἵππου χρυσοχαλίνου. Xenoph. super equo aureum frenum habente. }

Tem-

Tempus.	ἐπὶ ἄρχοντος Πιθοκλέους. Archōte Pithocle. ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, sub Pontio Pilato, id est, Pilato præside. ἐπὶ Κρόνου. Lucian. Saturno Rege.
In.	ἐπὶ πολλῶν αὐτῆς ἴδοι τὰ λεγόμενα, in multis rebus quæ dicuntur videre quis possit. ὀρχούμενος ἐπὶ τῶν θεάτρων, saltans in theatris.
Attice motum. Ad.	ἐπὶ σκοπὸν τοξεύειν. Lucian. ad scopum iaculari.
Versus.	ἐπ' οἴκου ἀπῆλθον, domum versus abij. ἐπὶ τῆς χώρας, in regionem.
Penes.	ἐπὶ τοῦ δήμου ἔστω, penes populum esto.
Per.	ἐπὶ σχολῆς, per otium.
Cum.	ἐπὶ πολλῆς ἐξουσίας. Halic. magna cum potestate.
Erga.	ἐπὶ τῶν δεομένων πρᾶος. Chrys. erga egentes mitis.

Ἐπὶ

Ἐπὶ cum datiuo. Significat.

Super.	ἐπὶ πίνακι, super tabula, seu disco. ἐπὶ βόσσῳ ἡ ναῦς, super carina nauis.
Potestatem Penes.	ἐπὶ σοὶ ἔσται penes te erit. In tua potestate. ἐπὶ τῷ ἀρχιερεῖ τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα, penes Episcopum res Ecclesiæ.
Propter. Causam.	ἐπ' ἀγαθῷ ἐδημηγόρει. Italice. Predicaua per bene. ταῦτα ποιεῖν ἐπὶ τῷ κέρδει. Xenoph. Hæc facere propter lucrum.
ὕστερον post, postea, præter.	τίς πρῶτος, τίς δ' ἐπὶ πρώτῳ; Eurip. Quis primus, quis deinde? ἐπὶ τούτοις καὶ ἕτερος διηγεῖτο, post hos etiam alius enarrabat. ἐπὶ τῷ σίτῳ οὐδὲν ἄλλο ἔχειν. Xenoph. Præter victum nihil aliud habere.
In.	ἐγένοντο ἐπὶ τῇ πόλει κινήσεις. Halic. ortæ sunt in vrbe seditiones.

Ἐπὶ

Contra	ἐπὶ τῷ δήμῳ, pro, κατὰ τοῦ δήμου, contra populum.

Ἐπὶ cum accusatiuo. Significat.

Motũ. Ad. Versus. In.	ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἐπορεύετο, ibat in Atticam. ἐπὶ δεξιὰν, ad dexteram. ἐπ' οἶκον, domum versus. ἐπὶ γλῶσσαν ἐλθεῖν. Halic. in buccam venire.
Ἀντίον, aduersus. cõtra.	ἐφ' ἡμᾶς ὥρμησεν, in nos impetum fecit.
Caussam. Propter.	πρὸς σὲ ἦλθον ἐπ' ἀργύριον. Xenoph. veni ad te propter argentum. argenti gratia.

ANNOTAT.

1. ἐπὶ in compositione significat ἐπίτασιν, hoc est, augendi vim habet. vt, ἐπίψογος, admodum vituperabilis. ἐπιμωμητὴ, valde reprehendenda. 2. στάσιν μετὰ τὴν κίνησιν, statum post motum, significat. ἐπέστη, constitit. 3. ἐν, in. ἐπουράνιος, hoc est, ὁ ἐν οὐρανῷ, qui est in cælo, cæli incola, &c. 4. μετὰ, post. ἐπίλογος, quasi μετὰ λόγον, peroratio. 5. προσθήκην, additamentum. vt καὶ ἐπιθήκην τέσσαρας. Aristoph. & additamenti lo-

coquatuor. 6. τὴν ἐπίπνος θέσιν. *vt,* ἐπίθεμα, τὸ ἐπίπνος τιθέμενον, *quod alicui additur. quod imponitur, vel superponitur.* 7. ἀκολούθησιν. *vt,* ἔπωπις, *impulsio.* ὅθεν αὖ θῶν τις ἕπεται, *quum quis pellens insequitur.*

2 ἐπὶ *cum genitiuo tria præcipue, eleganterq; significat.* ἀρχὴν, *magistratum, præfecturam.* οἱ ἐπὶ τῶν φονικῶν καθεστῶτες, *quibus potestas vitæ ac necis commissa est, causis criminalibus præfecti.* οἱ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων, *A secretis.* οἱ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, *ab epistolis.* ὁ ἐπὶ τοῦ γραμματέως, *tabellarius.* ὁ ἐπὶ τοῦ νέκταρος ταχθεὶς, *A poculis. Pincerna.* 2. τὸ ἔμπροσθεν, *coram.* ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων. *Luc. coram tot testibus.* γράψομαί σε ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος, *accusabo te coram Rhadamantho.* 3. κατὰ, *per, &c.* ἐφ' ἑαυτοῖς, *pro,* καθ' ἑαυτοὺς, *per se ipsos. Thucyd.* ἐπὶ σφῶν αὐτῶν, *pro,* καθ' ἑαυτοῖς, *ex se ipsis.* ἐφ' ἑνὸς τεταγμένοι, *pro,* καθ' ἕνα. ἐπὶ τεσσάρων ταξάμενοι τὰς ναῦς, *pro* κατὰ τέσσαρας.

3 ἐπὶ *cum datiuo, significat* προσθήκην, *additionem.* νεκροὶ, τετρακόσιοι ἐπὶ μυρίοις καὶ χιλίοις, *Mortui quadringenti supra vndecim millia.* 2. *motum, præsertim apud poetas.* πέτονται ἐπ' αἴ-

θεσιν

θεσιν εἰαρινοῖσιν. pro, ἐπ' ἄνθεα, volant ad flores vernos. ἦλθεν ἐπ' αἰάντεσσιν; ἤγουν, πρὸς τοὺς αἴαντας. 3. παρὰ, ἐπὶ ποταμῷ, ἐπὶ θαλάσσῃ, prope, seu propter fluuium, ad mare. 4. ἐν, in. ἐπὶ φρεσὶ θῆκεν, ἤγουν, ἐν φρεσίν. Hom. ἐπὶ γούνασι θῆκα, in genibus posui. Idem. 5. συνθήκην, pacta, conuenta. ἐπὶ τούτοις ἔδοσαν καὶ ἔλαβον τὰ πιστὰ, ἤγουν, κατὰ ταύτας τὰς συνθήκας, his conditionibus fidem dederunt & acceperunt. ἀφίεμέν σε ἐπὶ τούτῳ ἐφ' ᾧ μὴ ληρεῖν, hac te conditione dimittimus, vt ne nugeris. Ita dicunt. δουλεύειν ἐπὶ τοῖς ῥητοῖς, seruire ex compacto. ἐπὶ μεγάλαις δωρεαῖς, magnis propositis muneribus.

4 ἐπὶ cum accusatiuo significat tempus, ἐπὶ κύνα, ἤγουν, ἐν τῷ χρόνῳ τοῦ κυνὸς, sub caniculã. 2. κατὰ, contra. ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀσκεῖν. Isocr. ἤγουν, κατὰ τῶν ἀνταγωνιστῶν, contra aduersarios exercere. 3. τὸ ἐπάνω, supra, apud poetas præsertim. ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν. Hom. super terram fertilem. 4. Denique, τὸ μέχρι vsque νοσήσας ἐπὶ θάνατον, cum ægrotasset ad mortem, hoc est, periculose, &c.

Ἀμφὶ

Ἀμφὶ cum genitiuo. Significat.

Circum.	τοῖς ἀμφὶ ταύτης τῆς πόλιος οἰκέουσι. Herodot. ijs qui circum hanc vrbem habitant.
De.	ἀμφὶ δ' ἀςέρων ἡ γραφή. Lucian. erit sermo de cælo.
ὅρκον, Per poetice.	Φοίβου τ' ἀμφὶ λίσσομαι, Apollon. ἤγουν, περὶ τοῦ Φοίβου. per Phœbum te oro, &c.

Ἀμφὶ cum datiuo. Significat.

Circũ poetice & historice.	ἀμφὶ πόδεσσ' ἀράρισκε πέδιλα. Hom. Circum pedes aptabat talaria. ἀμφ' ὤμοισιν. Hesiod. Circum humeros. οἱ ἀμφὶ λόγους ὄντες, Herodot. studiosi litterarum.
αἰτίαν, propter poet.	ἀμφ' Ὀδυσσῆϊ δαΐεται ἦτορ, ἤγουν, διὰ τὸν Ὀδυσσέα, propter Vlyssem vritur cor. ἀμφὶ αὐτῇ, propter eam. Lucian.
De, poetice	ἀμφ' ἐμοὶ, de me. Homer.
Contra.	ἀμφ' Ὀδυσσεῖ Sophoc. contra Vlyssem.

Ἀμφὶ

Ἀμφὶ cum accufatiuo. Significa

Circa, comm. { ἀμφὶ κάμινον ἔχω τὰ πολλὰ
cian. circa focum frequ
ter verfor. ἀμφί δέ μιν
μυρία ἔστηκεν. Idem. In
merabiles illum beftiæ
cumfteterunt. ἀμφὶ δὲ
εἶχε. Xenoph. circa cœ
habebat. τὰ ἀμφὶ τὸ ἀε
Thucyd. quæ ad pranc
fpectant.

περὶ. De. { ἀμφὶ τὰς συνθήκας κυλινδο
νων, ἤγουν, περὶ. Lucian

Circiter, ferme cōm. { ἡμέρα ἤδη ἀμφὶ τὸ λύκαι
Lucian. diluculum fer
eft.

τὸ κύκλῳ ἀ-ριθμητικῶς, comm. { ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους
quindecim millia.
cian.

ANNOTAT.

1 *Articulus pluralis cum præpofitione*
vel ἀμφὶ, *idem eft, ac proprium nomen fo*
Hom. οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον, καὶ Πάνθοον ἤδ

μ

μοίτην, ἥρωας ὁ Πείαμος, καὶ Πάνθοος, καὶ Θυμοίτης, *Priamus, Panthous, Thymoetes*. οἱ περὶ Παῦλον, *Paulus*.

2 Οἱ ἀμφὶ, *vel* οἱ περὶ Πείαμον & *alia eiusdem generis cohærent cum verbo singulari, eò quòd sub voce plurali unum tantum hæc locutio significet. Herodot.* καὶ οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον ἀπικνέεται ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱερὸν. καὶ ἀντία ἔθετο τὰ ὅπλα, *Pisistratus venit ad templum Palladis Pallenia, & è regione posuit arma.*

3 *Aliquando tamen significant hæ locutiones comitatum, vel socios.* οἱ περὶ Καίσαρα, *qui sunt partium Cæsaris.* οἱ ἀμφὶ Κορινθίους, *Corinthij.* οἱ ἀμφὶ τὸν Ἐπίκουρον, *Epicurei.* οἱ ἀμφὶ Κόδρον, *&c. Herodot. Qui cum Codro.* οἱ ἀμφὶ τὸν Ὀρφέα, *Plato. Orphei sectatores.* οἱ περὶ τὸν Παῦλον. *Act.* 13. *socij Pauli.*

Περὶ cum genitiuo. Significat.

Causam. Pro. vel Propter.	μάχομαι περὶ σοῦ, pugno pro te, vel propter te. περὶ ψυχῆς μάχεσθαι. Plato. pro vita pugnare. περὶ καλοῦ ἔργου, pro bono opere, propter bonum opus.

O τὸ

τὸ μᾶλλον. Potius, Magis, Præ.	περὶ παντὸς ποιοῦμαι, hoc est μᾶλλον παντὸς, maximi fa cio, pluris quam omnia.
	περὶ ἄλλων, ἡγοῦμαι, περισσότερον τ ἄλλων, præ alijs, plusquam alij.
	περὶ οὐδενὸς ἡγεῖσθαι, pro nihil putare.
	περὶ ἁπάντων. Halic. præ om nibus.
De.	περὶ ὧν ἔρχομαι λέξων. Halic. quibus dicturus venio. περὶ ψυχῆς, de anima.
Studium.	περὶ ὧν σπουδάζω. Plato, qu studiose tamquam seria me ditor.

Περὶ cum datiuo. Significat.

Apud.	πολλοὺς ἀπέβαλον περὶ τοῖς ἁμα ξαις. Plato, multos amis runt apud currus.
Circa.	περὶ τῇ δέρῃ. Xenoph. circa collum.

Περὶ cum accusatiuo. Significat.

Apud.	κατηρεάτους ἀνθρώπους εἶχε περὶ αὐτόν. Lucian. habebat apud se homines execrandos.
Ad.	ὡς ἔλθοιμι περὶ τοὺς φιλοσόφους. Lucian. vt venissem ad philosophos.
In.	τὰ περὶ ψυχὴν, quæ sunt in animo.
Circa.	περὶ βωμὸν, circa altare. περὶ τὰ φοβερὰ ἡ ἀνδρεία, circa terribilia fortitudo versatur. Aristot. περὶ τὴν πόλιν τὸ στράτευμα, circa vrbem exercitus.
Circa. Χρονικῶς.	περὶ ἀρίστου ὥραν. Xenoph. Ad horam prandij. περὶ μέσην νύκτα, circa mediam noctem. Nocte intempesta.
Erga.	Χρηστὸς περὶ ἡμᾶς ἀνήρ. Halicar. vir erga nos benignus.

Pro. studium. — τῶν περὶ ἐμὲ σπουδαζόντων, eorum qui pro me studebant, qui mihi fauebant. περὶ ἃ σπουδάζομεν. Aesop. quæ studia colimus. περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζων. Isocr. In rebus ridiculis serio agens.

ANNOTAT.

1 Περὶ *etiam cum genitiuo poëtice significat interdum circum, vt apud Hom.* περὶ σπείους, *circa speluncam. 2. materiam.* βουλευόμεθα περὶ πολέμου, *de bello consultamus.*

2 Περὶ *cum datiuo significat interdum causam apud poëtas.* δέδοικα περὶ ξανθῷ Μενελάῳ. *Hom. Timeo flauo Menelao. & apud Thucyd.* φοβηθεὶς περὶ τῷ χωρίῳ ἐρήμῳ ὄντι, *cum timeret de loco, quippe deserto. 2. In, vel circa* ἐρωήσει περὶ δουρί. ἤγουν, περιρρυήσεται τῷ δόρατι, *circumfluet hastam.* περὶ πύργῳ, ἤγουν, κύκλῳ, *circa turrim. 3. ex.* ὃν περὶ κῆρι φίλει. *Hom. quem ex animo amabat.*

3 Περὶ *cum accusatiuo amicos, vel asseclas indicat, vt supra dictum est.* φέροντας Δημοσθένει ἀργύριον καὶ τοῖς περὶ αὐτόν. *Demostheni & eius asse-*

asseclis afferentes argentum. 2. *pro ipsa persona.* οἱ περὶ Σωκράτην. ἤγουν, ὁ Σωκράτης, *Socrates.* 3. *occupationem aliquam.* ὄντων ἡμῶν περὶ ταύτην τὴν πραγματείαν. *cū in hoc negotio versaremur.* συνδάσαι περὶ Μέλισσον, *Melisso opem ferre.* Plut. σπουδάζειν περὶ φιλίαν, περὶ δικαιοσύνην. Arist. *colere amicitiam, iustitiam, &c.* 4. πρὸς, *erga.* μὴ περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς χείρους εἶναι δόξωμεν, *ne in nos ipsi iniquiores esse videamur.* 5. τὸ κύκλῳ, ἀριθμητικῶς, *circiter, ferme.* περὶ ἑβδομήκοντα ναῦς, *ad septuaginta naues.* περὶ πεντήκοντα ἀνθρώπους, *ad quinquaginta homines.* ἔτη γεγονὼς περὶ που ἑκκαίδεκα, *annos natus ferme sexdecim.* ἔτος ἤδη περὶ που ὀγδοηκοστὸν ἐληλακὼς, *cum ad annum iam ferme octogesimū processisset.* 6. *excellentiam.* ὃς περὶ μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν, *qui superat mentes hominū.*

4 Περὶ *in compositione significat circum. vt* περιφορὰ, *circumferentia.* περιδινῶ, *circumago.* 2. τὸ κρεῖττον, *melius.* περιγίνομαι, περίειμι, *superstes sum, supersum.* οὐ περιῆν τὰ χρήματα: Demost. *non supererant pecunia.* περίφοβος, *valde trepidus.* περιάγνυμι, *confringo.* 3. πλῆθος, *vt,* περιουσία, *copia, luxus.*

Et hac de Prapositionibus.

DE CONSTRVCTIONE Coniunctionum.

Caput XVIIII.

I. Coniunctiones copulatiuæ & disiunctiuæ eodem fere modo, quo apud Latinos construuntur.

II. Coniungitur εἰ cum quouis tempore indicatiui modi: cum præsenti, εἰ ἐθέλεις ἐράσμιος εἶ. Lucian. si vis amabilis esse. Cum imperfecto, εἴπερ καὶ ἐβούλετο καὶ ἐδόκει αὐτῷ συκοφαντεῖν. Isocr. Si velit & Sycophantam agere. Cum perfecto, πειρᾷς μου εἰ μέμηνα, ad verbum. Tentas me, si insaniui. tentas me num insaniam. τινὲς ἐκείνους εὐλογοῦσι, οὓς οὐκ ἴσασιν εἰ γεγόνασι. Isocr. quidam illos laudant, qui vtrum nati sint, ignorant. Cum futuro, οὐκ οἶδα εἰ γαμήσεις ἔτι. Lucian. nescio num ducturus sis amplius vxorem. Cum aoristo secundo, εἰ καί τι ἥμαρτον, σύγγνωθί μοι. Lucian. Si quid peccaui, ignosce mihi.

Cum

Cum aoristis, ἀγνοῶ εἰ ἔτυψεν, ignoro an verberauerit.

III. Coniungitur eadem particula εἰ cum optatiuo & subiunctiuo, τῶν ξένων εἰ μετεῖχον. Demost. si peregrinorum essent participes. εἴσῃ εἴ σοι προσέλθῃ μόνον. Lucian. scies, si tantum te adierit. εἰ δὲ καὶ μὴ δώωσι. Homer. si non dederint.

IIII. Eosdem fere modos habent ἐὰν, ἢν, ἂν, ἵνα, ὡς, ὥστε, ὅπως, μὴ, & harum similes coniunctiones: quarum exempla passim sunt obuia. κἂν vero fere coniunctiuo gaudet. ὥστε, & ὡς, frequentius Infinitiuo & Indicatiuo. ὥστε σωθῆναι. Demost. vt seruarentur. ὥστε νέος ὢν ἔτι συννοεῖς ὀρέγεσθαι τὰ πολλὰ ἑαυτῷ. Plut. vt adhuc iuuenis secum multa cogitaret. ὥστε λέγεταί τις. Idem, vt narretur quidam.

V. Coniunctio ἂν dupliciter vsurpatur. primum δυνητικῶς, id est, ita vt potentiam & facultatem significet: deinde ἀοριστολογικῶς, id est, indefinite & indeterminate. Primo modo coniungi potest cum omnibus modis & temporibus: secundo modo plerumque

coniunctiuum habet, ὅ, τι ἂν λέγῃς, quodcumque dicas. ὅσῳ ἂν διαφέρῃς, quantumcunque differas. Interdum etiam optatiuum. ἐχρῆν ἂν εἰπεῖν τι κατὰ τούτων δέοι, quum oporteret quidpiam dicere aduersus hæc. De particula ἂν multa iam diximus libro primo.

VI. ὅταν, ὁπόταν, quando, siquando. ἐπὰν, ἐπειδὰν, postquam, coniunctiuo plerumque iunguntur. Demost. χαίρομεν ὅταν τις ἐπαινῇ τοὺς προγόνους ἡμῶν, gaudemus, quum quis maiores nostros laudat. ἐπεὶ, nam & ἐπειδὴ, postquam, quoniam, indicatiuum habent.

VII. ὅτι, quòd, habet indicatiuum & coniunctiuum.

ANNOTAT.

Neque vero plura dicenda videntur de Coniunctionibus, quum earum cognitio non tam regulis, quam vsu & lectione egeat, vixq́; fieri possit, vt iuuentus minutias illas grammaticas de Coniunctionibus memoriæ mandet.

DE

DE CONSTRVCTIONE Figurata.

Caput XX.



T apud Latinos, ita apud Græcos tres virtutes oratio habere debet: vt emendata, vt dilucida, vt ornata sit: quibus virtutibus totidem vitia contraria sunt: nam emendatæ, barbara; dilucida, obscuræ; ornatæ inornata aduersatur.

De Solœcismo & Barbarismo.

De his, cum ab Emmanuele optime explicentur, nihil hic dicendum arbitramur, præsertim cum iisdem ferme modis solœcismus & barbarismus committantur in Græca lingua, quibus in Latina. Illud vero diligenter cauendum est, ne si quid in scriptoribus Græcis occurrat, quod solœcismi & barbarismi speciem præseferat; continuo solœcismum barbarismumve ab illis admissum pronuntiemus. Non enim solœcismi, sed solœcophane dici solent illa, quæ non ex ignoratione.

ne, sed de industria, vel ex quadam docta incuria à magnis viris scripta sunt. cuiusmodi plurima occurrunt apud Græcos; vt illud Aristotelis, οἱ δ' οὐδὲ τοῖς συνδιαμένουσιν ἐν ταῖς ἀτυχίαις ἀξιοῦσι πιστεύειν, ὡς ἐξαπατῶντας καὶ προσποιουμένους, *alij ne ijs quidem qui in rebus aduersis nobiscum permanent, credendum existimant, quippe qui simulent atque decipiant. Recta constructio exposcebat,* ὡς ἐξαπατῶσι καὶ προσποιουμένοις. *Demosth.* οὐ προσεκτέον ἡμῖν ἐστι τοῖς τούτων λόγοις, εἰδότας, ὅτι ἐκ πάντων, *&c. pro* εἰδόσι, *non attendendum est horum sermonibus à vobis, scientes, pro, scientibus. Isocr.* δεόμεθα οὖν ἡμῶν ἄνδρες Ἀθηναῖοι μετ' εὐνοίας ἀκροάσασθαι τῶν λεγομένων, ἐνθυμουμένους; *vbi à genitiuo ad accusatiuum contra communem regulam fit transitus. Cuiusmodi alia multa exempla adfert Budæus, vt sunt illa Sophoclis de duabus sororibus loquentis,* ἴδεσθε τώδε τὼ κασιγνήτω, *videte duas sorores, pro* τὰ κασιγνήτα, *& paulo post,* ψυχῆς ἀφειδήσαντε, *vita prodiga, pro* ἀφειδήσασαι, *&* τηλικοῦτος, *epithetum Electra, & alia multa. Sed his omissis, figuras, quæ & verbis & orationi ornamento sunt, breuiter attingamus, quia Græcis cum Latinis sunt fere communes.*

E N A L L A G E.

Enallage est quum vna orationis pars pro alia, vel attributum pro attributo ponitur; cuius rei passim iam in toto hoc libro, & in primo quoque varia exempla protulimus. Nam & nomina pro aduerbijs, & hæc cum articulo pro illis, & præpositiones cum articulo pro nomine, & sæpe quamuis sine articulo, pro aduerbijs, itemq. participia pro nominibus vsurpantur. Modus item modo, & sæpe tempus tempore, itemq. genus genere, & casus casu, & numerus numero permutatur.

E C L I P S I S.

Eclipsis figura est, quum id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est, ζηλῶ σε τοῦ νοῦ, τῆς δὲ δειλίας στυγῶ. Sophoc. assumendum est foris ἕνεκα. Laudo te ob istam mentem, ast ob timiditatem odi. ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης ὦ τέκνον, subauditur, ὕπνον. Lucian: quam profundum dormiuisti somnum, ò fili.

Patet

Patet autem hæc figura latiſſime : ac
per omnes orationis partes manat, vt a
Latinos, eiuſq. ſatis multa exempla pa
toto hoc libro ſunt allata.

ZEVGMA.

Zeugma figura eſt, quum id, quod in c
tione deſideratur, e proximo aſſumitur, r
nente eodem genere, numero, caſu, c
riſq. attributis. Iſocr. Τελαμῶνος μὲν
καὶ Τεῦκρος ἐγεννήθη, Πηλέως δὲ Ἀχιλλεύς, T
mone Aiax & Teucer natus eſt, Peleo au
Achilles. & eſt meſozeugma.

Quod ſi quis hoc exemplum omnibus
meris explere velit; dicendum erit: Τε
μῶνος μὲν ἐγεννήθη Αἴας, καὶ Τελαμῶνος ἐγεν
Τεῦκρος, καὶ Πηλέως ἐγεννήθη Ἀχιλλεύς. A
creon. ἱερὸν γάρ ἐστι Φοίβου κιθάρη, δάφνη,
πούς τε, ſacra enim Phœbo ſunt cithara
laurus, tripus. Oratio hæc explenda eſt
prior, repetitione verbi ἐστὶν ad ſingulos
ctos. eſt autem protozeugma. Vide E
manuelem.

SYLLEPSIS.

Syllepsis est, cum id, quod in oratione deest, è proximo assumitur, mutato tamen genere, aut numero, aut casu, aut aliquo e ceteris accidentibus. Hom. παρθενικαί τε καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες, virgines & iuuenes teneri. πενία καὶ πλοῦτος ἀναγκαῖα τοῦ βίου. Theodor. paupertas & diuitiæ necessaria sunt vitæ. ἄλοχοι καὶ νήπια τέκνα εἵαται ἐν μεγάροις ποτιδέγμεναι. Hom. vxores & liberi sedent in ædibus expectantes. ἀὴρ καὶ ὕδωρ καθ' ἑαυτὰ τῇ φύσει λευκά, Aristot. Aer, & aqua suapte natura alba sunt. αἱ δυναστεῖαι, καὶ ὁ πλοῦτος, διὰ τὴν τιμήν ἐστιν αἱρετά, Arist. potestas & diuitiæ propter honorem expepetendæ sunt. ἐλπὶς καὶ φόβος ἐν φίλοις ἀξιόπιστα, Brutus epist. Spes & metus in amicis sunt fide digna.

ANNOTAT.

In his, atque alijs huiusmodi exemplis, vt oratio suis numeris plena sit, necessario genus & numerus mutanda erunt, παρθενικαὶ ἀταλὰ

φρονέουσαι, *teneræ virgines*. καὶ ἠίθεοι ἀταλὰ φρο-
νέοντες. ἀὴρ καθ' ἑαυτὸ τῇ φύσει λευκός ἐστι, καὶ
ὕδωρ καθ' ἑαυτὸ τῇ φύσει λευκόν ἐστι. *Et sic de
ceteris.*

PROLEPSIS.

Prolepsis est cùm dictio aliqua totum si-
gnificans præcessit, quæ rursum in partibus
intelligitur, neque explicatur, ὁμοπάτριοι
πολλάκις ἐκ μιᾶς γαστρὸς, ὁ μὲν ἄρσην, ἡ δὲ θήλεια
γίνονται. Lucian. Sæpenumero ex eodem pa-
tre, eademq. matre nascuntur, alter ma-
sculus, altera femina. τῶν δὲ γυπῶν δύο ἐστὶ
εἴδη, ὁ μὲν μικρὸς, ὁ δὲ μείζων. Arist. Vultu-
rum duæ sunt species, vnus paruus, al-
ter maior. ἔχουσιν ὁ μὲν αἴσθησιν, ὁ δὲ ἐπιστή-
μην. Aristot. Habent alter sensum, alte-
scientiam.

ANNOTAT.

In his exemplis dictio totum significans est
ὁμοπάτριοι, ἄρσην καὶ θήλεια, *vbi rursus* ὁμοπά-
τριος ἄρσην, ὁμοπάτριος θήλεια, *dicendum eri-*
si orationem velis integram efficere, quod etiam
altero

altero exemplo faciendum est, ὁ μὲν ἔχει αἴσθησιν, ὁ δ' ἐπιστήμην.

Et hic finis sit Syntaxeos. Nam quæ orationem inornatam & obscuram reddunt ut Cacophaton, Tautologia, macrologia, Pleonasmi, hyperbaton, cum suis speciebus, studiosus adolescens apud Emmanuelem accurate explicata reperiet: quumq. à Græcis nihil omnino differant; non est quod hic inutiliter iterentur.

FINIS.



Errata ita corrigentur.

Prior numerus paginam indicat, posterior lineam.

Pag.8.lin.2. οἱ μελιγαρύες. Ibid.lin.11. συσκοπῶ. 19.7. hi duo dies. Ibid. lin. 8. hæ duæ. 37.11. τῷ ᾽μῷ. 46.2. εἰς τοσοῦτον. 65.18. maiora mala. 85.5. neu quid medios. 95.11. ἐπιλελησμένος. 122.20. SVB. Ibid.22. Græcos & Latinos. Ibid.23. πότερον. 142.17. γνώμης. 142.2. proximæ. 164. penult. πύζηγος. 165.4. τὰ περὶ. 169.15. τοὔπισθεν. 176.12. διαφωνεῖν. 195.6. συνάρχειν. Ibid. 13. ἀπήγγελλε. 196.5. per omne. 205.4. ἐποπτης. Ibid.17. καθ᾽ ἑαυτούς. 206.9. condicionibus. 208.8. cenam.

